

24

Bra. 3. num. 13.
Kommunik. Jan 1935. 7. b.

20

DILVCIDATIONES
IVRIS PUBLICI

DE
NEVTRALITATE

PROVTIILLA
INTER GENTES LIBERAS

ATQVE INPRIMIS

INTER ORDINES S. R. IMP.
VSITATA EST


VNACVM PRAEFATIONE
DE EIVSDEM COMMODIS
ATQVE INCOMMODIS.



IENAE
APVD IOH. CHRISTOPH. CROEKERVUM.

1747.







PRAEFATIO.

S I contemplamur praesentem Europae atque in primis nostri S. R. I. statum, animaduertimus, omnes fere reges ac principes in hoc adhuc durante bello inter se separatos et disiunctos, nec non in tres partes diuisos esse: quarum *una* alterutri parti belligerantium assit; *altera* nullis turbis sese immittere studet, sed quieta et pacata manet, atque rei euentum expectat. *Tertia* vero haeret, et quo se veritat, non habet, quin et num neutrarum partium esse velit nec ne, et cuius pars posteriori casu sequenda sit, incerta voluit consilia. Singulis quidem horum omnium est certus scopus; attamen maximopere disparatque diversus. Nam illorum, qui ad *primam classem* per-

PRAEFATIO.

pertinent, eo directus est animus, ut res per sua adiumenta ita moderentur, quo illud an-
ceps ac periculosem bellum eo citius finiant,
animosque discordes rursus in pristinam con-
cordiam reducant, seu sub praetextu adiuto-
rum propriis commodis seruant.

Ad secundum ordinem ii referendi sunt,
quibus nihil antiquius est salute ac quiete sua-
rum prouinciarum, nec partim obscuras nec
partim apertas simultates suscipiunt, eamque
ob caussam neutrius partis esse appetunt, ne se,
regiones, subiectosque suos in discrimen ob-
iiciant. Quod ad eos attinet, qui tertia classe
continentur, ii ad tempus tantum subsident
atque expectant, vsque illius vel istius partis
res euentum habeant, quo eo securius ei, in
cuius manu fortunam percipiunt, auxilio es-
se queant.

Non desunt, quibus harum partium animum
inspicio, illorum optimus, atque omnibus
aliis praferendus esse videtur scopus, qui pri-
mo ordini se se addixere, cum illos nimirum
semper magis laude tollendos esse censeant, qui
bellum ad exitum perducunt, tollunt, atque se-
pelunt, quam eos, qui ei fouent, atque suppetias
ferunt. Vid. CINZZES in tr. *della vera militar disciplina antica e moderna* L. II. qui de his ita scri-
bit;

PRAEFATIO.

bit: un prencipe l aquista la reputazione con l es-
sere stimato o vero amico o vero inimico, e massi-
mamente, quando senza alcun rispetto l huomo si
scuopre in fauor d alcuno contro ad altrui.
Consentiant quoque cum his communis ICto-
rum et politicorum scholae, e.g. LIPSIUS L. 4.
pol. 9. scribit: ii, qui neutrarum partium du-
ces sequuntur, victoribus quasi certissima piae-
da cedunt. THOLOS. de republ. L. 2. 3. c. 4.
n. 5. BODIN. de republ. L. V. c. 6. fol. 919.
WARM. ab EHRENBURG de foeder. L. I. c. 2.
n. 207. et 216. FESCH de foeder. concl. 12. lit.
d. BESOLD. de foeder. c. VIII. n. I. REINKING
de regim. saec. et eccles. MAGER de aduocat.
c. VII. n. 322. IO. CAMMANN de iure mai.
diss. V. concl. 91. CHOCKIER thes. polit. L. II.
c. II. NEVMEIER von der Neutralität und Ad-
sistenz c. V. Guicciard. consil. polit. aliquie.
Nam cum ea belli natura sit, vt hostem com-
munem iudicemus eum, qui suppetias nobis
non fert, necesse prorsus esse videtur, vt aut
diuturnitate belli, velut granum inter duos
molares ipse quoque atteratur, aut certe ab
alterutro victoriam obtainente, omni beneuo-
lentia exutus, tandem opprimatur, sicuti ex-
emplis demonstrat BODINVS c. I. MAGER,
NEVMEIER etc. Alii his adhuc alia adiiciunt,

PRAEFATIO.

quae apud WAR. ab EHRENCBERG d. c. 2. n. 212.
legenda sunt et ab aliis huius materiae scri-
ptoribus abunde docentur.

Cuinam autem parti se quis adsociare
debeat, ex circumstantiis et belligerantium
qualitate metiendum erit. In dubio autem,
et si potentia pares erunt, tutius et consultius
esse videtur, eius accedere partibus, qui me-
liorem caussam et Deum socium atque adiu-
torem habet, prouti docent NEVMEIER, c. l. 9.
BESOLD. c. l. 8. n. 3. MAGER c. l. c. 7. n. 322.
DAN. HOEPINGK de iur. protect. concl. 22.
lit. C. aliquique. Non tamen omnis omnino
neutralitas, vt ita dicam, damnanda est. Nam
si quis ita potens sit, vt metuere non habeat
necessum, se victoris fore praedam, is tuto neu-
trius partis esse poterit. THVCYD. L. I. BE-
SOLD. c. I. c. 8. n. 3. ALTHVS. pol. c. 4. ad fin.
MAGER c. I. c. 6. n. 332. in primis cum belli
eventus admodum incerti et dubii sint, hinc
neutrius partis studium non omnino vitan-
dum et reiiciendum, sed tanquam res profi-
cua aliquando apprehendenda. conf. AENEAS
SYLVIVS epist. 65. NEVMEIER c. I. c. 3.

Conducit quoque ipsis belligerantibus, vi-
cinos esse medios, ad quos victus tandem con-
fugere possit, ac vt non desint pacis mediato-
res.

PRAEFATIO.

res. BESOLD. c. I. n. 3. NEVMEIER c. I. c. 8.
Nam si omnes omnium hostes aut foedere so-
ciali coniuncti essent, quis moderator, quis
mediator, et quis arbiter dissidiorum futurus
esset? BODINV S c. I. fol. 919.

Principis igitur et alterius cuiusuis pru-
dentis est, rationem status sui, aliasque cir-
cumstantias exacte et accurate perpendere,
num expadiat, neutralitatem potius arripe-
re, quam belli motibus sese implicare, seu
quomodo reipublicae salus conseruari ac re-
tineri queat.

Habent ii, qui neutras partes sequuntur,
quodammodo etiam alia commoda atque e-
molumenta ac proficiunt sibi suisque terris,
quammaxime; in primis autem ad ea refe-
runtur, *liberatio* ab utriusque partis, bellum
gerentis, odio, *conseruatio* sui, *impetratio* et
opportunitas quaestum lucrumque adipiscen-
di, sicuti nostro aeuo de Lusitanis, Danis, Sue-
cis, et pro parte etiam de Belgis, aliquique gen-
tibus dici probarique potest. Conf. das hist.
Fahrbuch vom Jahr 1739. und 1740. Praecipue
autem perspicuum est, Belgas ab initio huius
adhuc durantis belli summis viribus eo con-
tendisse, ne respectu commodi ex bello in-
ter Hispaniam, M. Britanniam et Galliam
fer-

PRAEFATIO.

feruente capiendo, nec Galliae nec Hispaniae regibus discipliceant, eosdemue offendant, multo minus, ne eo bello implicentur. Nam prohibitis in Hispaniae omnibus rebus, manuum opera in regno M. Britanniae partis, Belgae serica aliasque merces eo transtulerunt in tanta multitudine, ut hi soli illac mercaturam facere viderentur, et saepissime ob magnitudinem mercatorum et emitorum merces deficerent. Videatur citatus liber sub titulo: *Hist. Jahrbuch vom Jahr 1740. cap. 6.* seqq. vbi plura de hac materia inuenienda sunt. Num autem illud lucrum ea damna compensare possit, quae foederato Belgio persuasionibus Gallicis et expugnationibus Belgiae Hispanicae seu Austriacae illata sunt, dicant alii, tempusque docebit. Progredior potius ad alia compendia, quae in rem eorum conducunt, qui neutras partes sectantur, eo etiam pertinent: *data fides* de non offendendo, impensis non dando occasionem, et periculum non inferendo, *conseruatio amicitiae* utriusque partis bellum gerentis, *adquisitio terrarum*, opum ac remunerationum, *tranquillitas regiminis*, et *securitas subiectorum*, *fauor* et *benevolentia* victoris et quae sunt alia.

Sed

PRAEFATIO.

Sed res aduersae, miseriae, molestiae, casus grauissimi et clades ex aduerso etiam paullum considerandae sunt, quae nempe iis accidere possunt, qui neutris partibus fouent. De his nobis non est multum monendum, cum exempla pro dolor! satis superque nostro aeuo nota atque inter omnes nostris perulgata sint. Silentium de hac re teneo. Per ambages de iis iacebunt nostro aeuo Moguntini, Darmstadienses, Wetterauientes, Rhenani, Francones, Suevi aliique incolae Germaniae, qui haec tenus satis nimisque a Gallis vexati atque afflitti sunt. Dicant Poloni, cui usui nullis partibus in bello Turcico 1739. composito, fouerint? Inspicias modo *hist. Fahrbuch* de A. 1739. p. 715. seqq. ubi eorum calamitates in hoc bello perpetuae breuiter enarrantur. Nam plerumque ii, qui se medios gerunt, sibi arcessunt utriusque partis, sibi inuicem bellum inferentis, *odium*, et utrosque facile offendunt, et quidem, quia potentior putat, eos, qui neutrā in partem moueri possunt, merito ei succurrere debere; debilior autem, se hoc modo laesum esse censet, quia ille eum non tueatur, quemadmodum hoc multa exempla confirmant. Et ut vnicum tantum adhuc profram, quod patet, ex 10 V 10 L. 34. *hist. sui temp.*

b

TAR-

PRAEFATIO.

TARCAGN. nelle *istorie del mondo* P. III. L. 3.
vbi nempe dux Sabaudiae *Carolus* in bello,
quod erat imperatori Carolo V. cum Fran-
cisco rege Galliae, existens mediis, terras su-
as amisit. Alia genera miseriaram, quae iis
obuenire possunt, qui medium cursum tenent,
in eo se se etiam exferere possunt, vbi tales sci-
licet a pace tandem fangienda excluduntur, ac
omni ope destituuntur. Exempla huius rei et-
iam sunt in promtu, praecipue haec thesis ex
historia nostri imperii R. G. confirmari posset,
si spatum tempusque id solummodo permit-
teret. Proinde videndum est, num illi, cuius
vicini bella inter se gerunt, indeque ei pericu-
lum aliquod imminet, se alterutri coniungere,
an vero neutrius partis studio euitare consul-
tius sit? Ambigua quaestio est, deque ea ali-
quid certi definire periculosum esse, dicit
W A R M. ab EHRENBURG c. I. L. I. c. 2. n. 207.
et 216. Nam talis princeps, eiusque prouinciae,
posteriori etiam casu, versantur in summo di-
scrimine, quippe qui iis, in ditione atque po-
testate sua existentibus, noua tributa atque
grauia onera imponere debet, quo se suosque
armis instruere, atque ea comparare possit,
quae ad bellum necessaria sunt, quin immo se
suasque prouincias tueri atque eas securas red-
dere

PRAEFATIO,

dere queat. Conscriptus porro est exercitus, quo casu eius imperio subiecti ad eum conferuandum contribuere obligantur, et hoc modo ii, qui eius ditioni obtemperant, in pace et quiete per hos aliosque sumtus pecunia, frumento exhauiuntur, iisque per crebiores transitus copiarum aliarum multa mala infliguntur, penus consumitur, annonae difficultas sit et quae sunt eorum malorum genera alia. Huc accedit similitas victoris, de quo videre licet GVICC. hist. L.I. et L. XI. HORDLEDER in *aduersariis de vera causa belli Germ.* L.V. Lectu dignissima quoque ea sunt, quae in actis publicis de hac materia, quae et hodie maxime disputatur, occurunt, e. g. in LONDORP. act. publ. T. III. p. no3. T. IV. p. III-639. T. V. p. 1031. T. VI. p. 343. T. VIII. p. 688. T. X. p. 336. 551. seq. 648. DV MONT corps dipl. FABRI. E. Staats - Cantzley T. VIII. c. 2. T. 15. c. 9. T. 16. c. II. T. 19. p. 477. T. 23. p. 277. 311. T. 24. p. 459. T. 24. p. 460. T. 25. p. 264. T. 28. p. 299. T. 29. p. 246. T. 50. p. 664. T. 51. c. 15. T. 61. p. 347. T. 64. c. 8. T. 80. p. 568. T. 81. p. 375. T. 82. c. I. T. 84. c. II. T. 86. c. 4. T. 88. p. 249. et 692. in cel. 10. GOTTL. GONNE comment. de iure neutral. statuum circulorumque imperii et alibi. Legi meretur etiam hoc lo-

PRAEFATIO.

co illud memoriale ad dictaturam Ratisbonae
a rege M. Britanniae et electore Luneburg.
datum d. d. 13. Mai. 1746. Hannou. vnde di-
scendum est, quid studium neutrius partis pro-
ficerit, in primis statibus ordinibusque impe-
rii S. R. G. quibus quidem illud denegari ne-
quit, de quo p. 5. tr. seq. pluribus actum, vid.
IO. ANDR. HOFFMANNI *meditat. de potentia-*
tu S. R. I. et exemplum tractatus neutralitatis
inter electorem Bauariae et circulum Suevi-
cum adhuc nobis d. A. 1741. notum est, de
quo vid. FABR. E. *Staats-Cantzley* T. 80. p.
568. quoties nimirum bellum inter exterros et
extraneos vertitur aut inter principes imperii
nec ipsi imperio infertur, quo casu neutrarum
partium esse nulli licet, ob iuramentum, quo
singuli imperio et imperatori fideles se fore
iurant, prouti, p. 9. 12. et p. 17. seqq. *tract. se-*
quentis ostensum est. Eam ob cauam neutrali-
tatis Anno 1641. abolita legitur, R. I. Ratisb.
de Anno 1641. §. 86. und *demnach*, et §. 87. al-
so *setzten* etc. conf. Dn. M VLTZ in *repraesent.*
maiest. imper. L. II. c. 5. §. 79. p. 303. et §. 185.
p. 318. Male proinde apud imperii proceres au-
diuit Moguntinus praeful, quod A. 1688. 17.
oct. Galliarum regi, imperio militem obdu-
centi, neutralitatem obtulerit. Id etiam ho-
die

PRAEFATIO.

die ordinibus imperii semper ad animum et
ob oculos ponitur in multis scriptis, praeci-
pue in allegato illo memoriali regis Britanniae
et in gründl. Beweiss, dass das H. R. R. an
gegenwärtigen Krieg Theil zu nehmen ver-
bunden seyn etc.

Nunc nobis adhuc permisum erit, quas-
dam caussas allegandi, quae principem ad neu-
trius partis studium commouere possunt, sunt
quidem eorum multae nec omnes hic exqui-
rendae sunt, sed potissimae solummodo, ad
quas referuntur: *propensio* ad quietem et
tranquillitatem, cuius exemplum nobis hodie
Belgae, rex Portugalliae, nonnulli status Ita-
liae aliique potentes porrigunt. *Respectus a-*
micitiae atque affinitatis, obligatio, qua quis
alterutri parti bellum gerenti obnoxius est.
Ita admonuit imperator *Carolus V.* nobilita-
tem imperii immediatam, dum socios Smal-
caldenses bello lacepsiturus esset, ne foedus
iceant cum suis inimicis, sed ut ei seu ad-
sistant, seu pro euitando periculo quietem
ac tranquillitatem sequantur. *Pactum* porro
inter quosdam principes initum occasionem
dare potest, quin princeps nullam in partem
se mouere debeat, ceu docet *GVIC. L. VI.*
vbi tale pactum imperatoris Maximiliani I. et

PRAEFATIO.

Ludouici XII. regis Gall. occurrit. conf. METERANVS L. I. de *reb. Belg.* imo interdum ad-
sunt pacta conuenta inter principes, quae neu-
trius partis studium persuadent atque ad illud
principes obstringunt, vti videre licet apud
GVICC. L. XVI. et VII. SPANGENBERG. chron.
Henneb. L. V. c. 17. BODINVM L. I. de *republ.*
DAV. CHYTRAEV^S in *chron.* Sixon. offert
exemplum eiusmodi pacti de rege Poloniae
et ciuitate Rigensi in Liuonia. Interdum inter-
cedunt etiam talia pacta inter bellantes ipsos,
sicuti docet ALBERICVS GENTILIS de *iure*
belli L. I. c. 14. interdum medium se partibus
praestare suadet, *spes alterius studia et beneuo-*
lentiam adsequendi seu retinendi, aut maiore-
rem discordiam praecauendi, id quod Papa
Clemens VII. cum exemplo laude digno in eo
bello, quod Carolo V. cum Francisco I. de du-
catu Mediolanensi erat, comprobauit. Ali-
quando medius cursus a quibusdam tenetur,
vt libertas et aequilibrium, conseruetur, ne
neutra pars bellantium praepotens euadat.
Quodammodo neutrius partis studium alicui
suadent *beneficia* ab alterutrius parte seu eius
maioribus in illum collata, id quod Veneti-
ani exemplis saepius, praecipue in bello,
quod

PRAEFATI O.

quod erat Nicephoro cum Carolo M. Franciae rege, secundum HIER. BARDI hist. Venet. comprobarunt.

Si partis vincentis opes ac potentia nimis crescunt, quidam medii manent, id quod ex GVICC. L. V. aliisque annalibus illustrari potest. *Ingratus animus, suspicionis euitatio, offensio timenda*, de quibus SLEIDANVS L. XVIII. lectu digna suppeditat. Debita vni parti *reuerentia*, praefitum *vasallagium et homagium* quodammodo ad neutras partes quendam obstringunt. Sic ea Christianus rex Daniae, Fridericus Palatinus, dux Cliviae, et dux Bauariae sociis foederis Smalcaldici opposuerunt. MAMBRING. ROSEVS L. V. nelle historie del mondo. *Eneruatio et oppressio eorum, qui in armis sunt.* GVICC. L.IV. IOACH CVRAEV S. Chron. Siles. fol. 195.

Metus seditionis domesticae et incursionis, de quo historia regni Neapolitani nouissima materiam subministrat. Vid. hist. Fahrbuch 1739. 1740. cap. von beyden Silvien. SLEIDANVS L. IV. etiam ad hunc locum spectans exemplum de Helvetiis habet, qui eandem ob causam euangelicis A. 1546. assistere recusarunt. *Formido ne bellum ad eos transferatur, induciae, foederaque pacifica cum alterutra parte, sancit.* Lucrum et quaestus ex bellantium prouinciis capiendus, de quo SLEIDANVS L. XVIII. itidem de Heluetiorum pagis Tiguero, Berna, Basilea, et Scaphussia, nobis praebet notabilia exempla, vt et nostrum aeuum ipsum.

Necessitas interdum suadet, ne neutram in partem moucamur, id quod haec tenus quidam ordines imperii R. G. suo damno et magna ruina satis superque experti sunt. Sic etiam rex magnae Britanniae cum rege Galliae Anno 1741. tractatum neutralitatis iniit. *Declinatio inimicitiae et inuidiae.* Hoc artificiose effecerunt Venetia-

PRAEFATIO.

netiani in ultimo bello Turcico, vti prostat ex libro all.
bistor. Jahrbuch 1740. cap. von Italien.

Incertus ac dubius *euentus* belli, *consanguinitas* vtriusque partis bellantis, et quae sunt id generis alia, quae in NEVMEIERI c. tr. pluribus legi possunt.

Consideranda quidem nunc essent caussae, quae eos, qui medii haetenus fuerunt, ad succurrentum persuadere possint, sed saepe a nobis citatus NEVMEIER c. tr. nobis iam otium fecit, ad quem benevolum lectorem, remittimus.

Accipias interea BENIGNE LECTOR haecce pauca et coniunge ea cum illis, quae in subsequentibus opusculis TIBI obuiam erunt, quorum prius sub praefidio Beati D. DIETRICI HERMANNI KEMMERICHII, consult. D. ADOLPH. WILH. a GOHREN publice ventilauit; posterius IOANNI HENRICO BOECKLERO natales debet, quae quia rara sese reddidere, prelo rursus tradita sunt, quo ardentissimum desiderium eorum, qui iis flagrarunt, satisfaciamus, quibus et nos nostraque studia meliore de nota commendata habere volumus. lenae ccccxxxvi.

§. I.



§. I.



Nter Gentes, harumque
Principes, commune qui-
dem Societatis vinculum,
existit, quo omnes, lege
Dei naturali praecipiente,
ad communem Salutem
prouehendam, inter se colligantur. Sed
postquam moribus inter Gentes inualuit, per
bellum ius suum aduersus se inuicem perse-
quendi: hoc quoque vsu venire suevit, ut alii
quidem Populi, foedere pacto, alterutri bel-
ligerantium parti se socient, alii vero neutras
sequantur partes. Hinc NEUTRALITA-
TIS, a) quam vocant, status enascitur, *inter*

A belli-

a) Vox, Neutralitatis, au- negotiis publicis, styloque
reae quidem latinae linguae gentium curiali hodie rece-
actati iugata, vsu tamen in pta est. Prinde, qui in Ro-
manis

belligerantium statum mediis, vi cuius bello inter Principes Populosue enato, alii, licet vtrique bellantium parti vicini, a bello tamen abstinent, atque adeo neque hostes alterutrius sunt, neque socii, pariaque humanitatis officia vtrique parti exhibent, et ab vtraque parte expectant b).

§. II.

manis historiis Medii, mori- H. BOECLERV, latina vo- bus nostris, *Neurales audi-* ce destitutus, circumscripti- *one vti, atque Quietem in-* dixerit *Autor libelli, cui titu-* turbis hunc statum appellare *Ius; Die alte Wahrheit mit maluit in diff. Grotiana V. hoc* einem neuen Titul: Es sey in titulo insignita.

dem Parnass die Frage entstan- b) Conf. IOH. WOLFG. TEXT.
den, weil das Wortlein neu- Synops. Iur. Gent. Cap. XVI.
tral undeutsch sey, wie mans n. 2. vbi tamen, ex hypothe-
aus bestie deutsch geben möge? si, mox sub suo II. allegata,
Als habens etliche verdeutschet, quasi Neutralitas propri-
einerley, das ist, weder Fisch strieteque dicta pactum re-
noch Fleisch, sondern ein ver- quirat, eam sequente in
deckt Essen Krebs, die eben so modum definit. Neutralitas
hinter sich als vor sich gehen; nihil aliud est, quam Ius ae-
Andere habens verdeutschet, bene qualis amicitiae erga eos, qui
Derley, weil sie gemeiniglich auf bello decertant, consensu vel
beyden Achseln tragen; Andre, pacto obfirmatum. PHIL.
imtreu, weil sie keinem Theile REINH. VITRIAR. Inst. I. N.
trauen, und kein Theil ihnen trauet et Gent. Lib. 3. C. X. qu. 2. vbi
et; Andre habens davor gehal. Neutralitatem describit sta-
ten, neutral sey so viel, als gut tum, in quo belli societatem de-
Spanisch, bemühe man sich als clinamus, et nos inter bellum
so vergebens, dem Kinde einen gerentes quietos tenemus. Add.
Deutschen Mahnen zu geben, I. I. G. KVLPIS Colleg. Grot.
Exerc.

§. II.

Duplici vero potissimum ratione fieri potest, vt Neutralitatis status existat: Primum ipso iure et facto, dum quis nullo facto suo se bello, quod inter alios geritur, immiscet, adeoque ipso iure, naturali puta, ab hostili inuasione tutus est, nec opus habet, pacto sibi hoc nomine quidquam stipulari: cum nihil iuri naturali sit conuenientius, quam ut is, qui alios non laedit, nec ab aliis laedendus sit. Sed hanc non nisi in generaliore sensu Neutralitatem appellari, nonnulli existimant c).

A 2

§. III.

Exerc. XIV. CHR. GOTH. alii Principes, eo sensu neutralis FRANCKENSTEIN de His, les dici paterunt, quod parti qui Neutras in bello partes secundum belligerantium a neutralibus. ib. i. parte fuerint socii: proprie ta-

c) Ita existimant IO. men et ex usu Iuris gentium loc. WOLFG. TEXTOR in Syno- quando hi soli neutrals sunt, quibus media isthaec conditio vbi ait: Haec vero Media vel consensu vel pacto fuit concessa: neutralis conditio, de qua hic inde enim demum efficitur, ut loquimur, ex pacto est, nec me alicui licet medio esse, vel ro Iure citra pacum substitut. neutrals, h. e. sese amice geri. Ensi enim hac generaliori signi- rever ex viraque parte erga eos, ficatione etiam mediis aliqui vel qui inuicem hostes sunt. Faneutrals dici possint, vt supra cit cum codem PH. R. VI- vocabulum pacis distinximus, v. TRIARIUS, qui l. c. ad gr. quoad bellum nuperum Ger. quaestionem; An omnis, qui manico-Gallicum, Rex Poloni- non sequitur alterutram belliae, Magnus Dux Moscouiae et gerantum partem, est neutrals?

§. III.

Deinde *pacto* vel *foedere* inito, partis neutrius conditio contrahitur. Vel enim belligerantium interest, Populum vel Principem, quem ipsi socium vel auxiliatorem habere nequeunt, saltē hostis socium atque auxiliatorem haut experiri: adeoque e re sua esse ducunt, foedere iōto, eum ad neutras partes sequendas obstringere. Interdum etiam propriae salutis cura exigit, foederibus cum utroque belligerantium initis, saltē ex abundanti cautela, securitati suae prospicere, ne bello imprudens implicitur vicinus, atque sic praeda belligerantium fiat terra sua. Interdum vero medii huiusmodi Populi interest, ut prouincia haec vel illa, ad vnum ex belligerantibus spectans, a belli calamitate immunis seruetur, et hinc neutralitatem eidem stipulatur.

lis? respondet: *Affirmatur haec conditio pacto vel expresso in sensu generaliori, quatenus vel tacito est concessa. At e non est socius alterius, et sic nim vero consensus belligerantarum partium ratione belligerantium ad neutras a vicinis li, ratione autem amicitiae et partes seruandas, haud necesse Iurium, quae inde fluunt, soſarius esse videtur, nisi in cius utriusque, et erga utrum certis casibus, quemadmo que aequum se praebet. In dum ex dictis quo hoc II. et sensu stricto iſti dicuntur sequentibus facile liquet. neutrales, quibus media iſt-*

latur. Atque haec *proprie* et in *strictiori* sensu *Neutralitas* dici censetur d).

§. IV.

Sed illud iam operae pretium fuerit disquirere, vtrum, bello decertantibus Populis nonnullis, alii Populo vel Principi, praesertim finitimo, *neutras sequi partes*, atque adeo otiosum veluti ac tranquillum belli inter alios gerendi spectatorem agere liceat? Distincte hic pronunciandum erit. Quodsi enim Populos iste vel princeps *sui iuris* sit, ita, vt Superiorem non habeat, nisi DEum; certe is nullo modo cogi poterit, vt aliorum sese immisceat bello, ad se non spectanti e). Cum enim in statu libertatis naturalis quilibet rerum suarum ipse sit moderator et arbiter: ipsius sane, non alterius, erit, arbitrari, quid, propriae vel alienae salutis tuendae aut pro-

A 3

mouen-

d) V. TEXTOR I. c. et re cogi possint, vt paribus accedant? recte negat, ratus; VITRIAR. I. c.

e) Eandem sententiam tu- Demis passionibus et fidei vin-
etetur I. H. BOECLERVS in culis, armorum societatem exi-
Diff. Quies in turbis p. m. 877. gentibus, Iure naturae et gen-
vbi propositam quaestio- tium liberum esse cuique debe-
nem, an illi, qui tam bonis re, armis aliorum abstinere, es
et necessariis consiliis (in praef. inter dissidia externorum quie-
cedentibus expositis) duclis, so- scere: Sed et Foedera, etiam
cietatem bellicam declinant, In- bellica, sua natura libertatis
esse

mouendae causa, sibi agendum vel omittendum sit f).

§. V.

Neque etiam vlla Lex DEI naturalis datur, quae talem Populum absolute et indistincte ad arma cum aliis socianda obstringat. Licet enim Leges *Socialitatis*, quam vocant, praecipient, ut quis commoda aliorum vitae sociorum promoueat, incommoda et damna auertat, atque adeo iniurias alteri ab altero illatas ab eodem propulsare conetur: attamen huiusmodi lex tantum ad officia humanitatis spectat, qualis in praxi saepe varias, pro varierate circumstantiarum, exceptiones, limitationes et restrictiones patitur. Primum enim sine dubio praeponendum, ut alter, qui iuuare tenetur alterum, ex parte huius de *iustitia causae*, ex parte alterius vero de *injustitia eiusdem*, certo persuasus sit g): quod tamen saepe difficillimae obscurissimaeque discepta-

esse et consilii, non necessitatis dubiae BESOLDVS, in Diff. et praecepti. Quam et am. de Foederum Iure Cap. VIII. plectitur et pluribus edisse quod de Neutralitate, ac item rit FRANCKENSTEIN in de Auxilio petendo atque fe- Diff. sup. laud. th. 2. et seqq. rendo agit, §. 3 scribens: Nun- f) v. HOBBES de Cive C. quam etiam (Resp.) se iungar, I. §. 9. nisi cum eo, qui DEum solum
g) Quod et innuit, haud habet.

ceptiononis est. Deinde vero et *propriae salutis* ratio cuique habenda. Neque enim existimandum, leges socialitatis homines obligare ad commoda aliorum promouenda, ita, ut simul propriam salutem in praesentissimum adducat discriben *b*). Prius igitur si fuerit certum, posterius vero haud metuendum, atque adeo vires suppetant sufficietes, alteri iniurias patienti cum successu opem ferendi: tum demum existimandum videtur, alterum vitae socium vtique saltem in conscientia obligari ad hoc officium humanitatis alteri praestandum; licet hic iure suo ab eodem istud exigere nequeat. Idem saepius prudentia ac propriae salutis ratio non tam suadet, quam iubet: Scilicet, vbi vel minus tutum videtur, inter arma vndique circumiecta nobisque imminentia proxime, vtriusque belligantis invasioni exposita terras nostras tenere mediatis *i*), vel commune periculum, cum victo ac

oppreſſ-

b) Quocirca etiam pru- ad alios iuuandos, sed expositi denter monitum a I. H. BOE- ſint cuiusuis occupanis viribus, CLERO in diff. Quies in tur- rectius aliquis dixerit et con- bis, p. 875. quod tum quoque futilius eſſe, expectare, quam quiescere ſua quosdam infirmis irritare fortunam.
*tasiueat: addita ratione; Si *i*) Atque adeo illis simi- enim nullum poſſunt momentum lesſunt, quali habitano nel pri- facere, vel ad ſe tuendos, vel mo palco della caſa; che da- quelii*

oppresso vicino, a victore potente ac iniusto metuendum k).

§. VI.

Alia erit ratio, si summus aliquis Princeps, aut Republica libera, foedere inito, atque publica interposita, terras alterius Principis tuendas atque iniurias propulsandas in se receperit. Tunc enim Sanctissimum istud societatis humanae vinculum pactum, inquam, quo foedus coaluit: ipsa lege Dei naturali ita iubente, adimplendum, atque fides data seruanda est. Idque eo valet, vt et iam alter, inuasus nempe, ab altero foederato promis-

sum
quelli di sotto, sono trava. k) Eadem est sententia glati collfumo, da quei di BESOLDI, dum l. c. ait; *Me-
sopra, con l'urina:* quod de dia idem via hic est declinanda, *Se-
nensibus,* in quodam Italiae vbi periculum, interius et rui-
bello neutrales sese gerent, *na alterius et tibi communis exi-
tibus,* olim dixit ALPHON-
ſſit. Idemque hinc IO. AL-
SVS Neapolitanus, apud BO-THVSII approbat scitum,
TERVM de Dette fol. 15. b. qui Polit. Cap. 34. ad fin. ita
Idem censuit I. H. BOECL-
ſcibit: Non semper est pruden-
RVS in diff. *Quies in turbis, tiae,* nolle cum viciniis in bello
ſcribens: *Quid enim tutum ſi periclitari:* Sed tunc id tutum
bi inter arma vndeque circum- erit, quando extra rei iactum,
iecta et eminenia sperauerint? etiam post ruinam vicinorum,
Neutras partes sequantur? non poteris esse tutus: aliquum qui-
minuent bellii pericula, sed au- eſcerem inimicis nobis prodeſt, vbi
gebunt, ei viariusque praedae vicini populi ruina et funus ad
nos usque pertingere potis est etc.

sum auxilium sibi praestandum iure optimo maximo exigere, foederatus vero non sine summa iniuria et iniuitate istud alteri denegare possit.

§. VII.

Rursus aliter sentiendum de Principe, aut Populo, alterius *Imperantis* Supremae Potestati subiecto. Qui enim alterius imperio sese subiicit, hactenus iuri suo renunciat, ut non ex suo, sed alterius, arbitrio viuere et agere oporteat^{l).} Hinc si bello impetratur Imperans, cuius ipse subditus est, neutras amplecti partes eidem neutriam licet: Cum sua, qua Imperanti suo suaeque Reip. devinctus est, fides et obedientia, eum vtique obstringat, ad arma contra communem hostem capienda, atque adeo communem salutem vnta cum aliis ciuibus vi atque ope promouendam ^{m).} Quo-

B

circa

^{l)} v. HOBBES de Cive C. tibus, censuit, hostium numero habendos, apud SVETON.

V. §. 6. seq.
^{m)} Vnde Cives huiusmodi in Nerone c. 2. sicut e contrario, qui arma cum Ciuibus rivo IULIVS CAESAR, de aduersus hostem Reip. iuncti nunciante Pompeio, pro labore detrectant, hostiumne tibus se habiturum, qui Reipotius, quam ciuium numeri publicae defuerint; ipse, merito sint habendi, aliquando dios et neutrius partis, fuerunt dubitatum: Certe Domitius, sibi numero futuros, pronuntiante Ca. Pompeio de mea ciauitate, apud eundem. SVETONIUS ac neutram partem sequentem. TON. in Iul. Caes. c. 75.

circa Imperanti summo, vi summae, qua pollet, potestatis, ius omnino competit, Populum huiusmodi, eiusue Dominum, sibi subiectum, dignitate licet insigni conspicuum, vel inuitum ac reluctantem cogendi, ut vires suas, ad illum, quem ipse hostem Reip. declarauerit, armis coercendum, itidem impendat, poenisque irrogatis neglectum officium vindicandi. n) Id quod ex natura subiectionis atque Summi Imperii indole facile est ad intelligendum.

§. VIII.

De *Vassallo* denique, qui non est subditus, an, in bello Domini neutras sequi partes, integrum ei sit, paucis quoque dispiciendum. Et non esse integrum, sed a partibus Domini standum, atque adeo fidele huic auxilium aduersus hostem praestandum esse, ex regula quidem asserere non dubitamus. Evidem ex natura subiectionis hanc obligationem repeti non posse,

n) Huic enim officio suo lo suo, ex foedere solenni-
qui deest, subditus, violatae terito, Romanorum impe-
fidei, imo perduellonis, re- rro subiectus; quippe qui,
us fit, grauiori poena meri- quod animum inter Fidenatem
to coercendus. Cuiusmodi Romanamque rem anticipitem
perfidiam dirissimo supplicii gesserat, TULLI HOSTILII
generi luit METIVS SVF- iussu, quadrigis distractus fu-
FETIVS, Albanorum dux, it. v. LIV. L. I. Hist. cap. 30.
non ita pridem cum popu-

posse, cum de Vasallo, qui non est subditus, quaeratur, palam est: At repetendam tamen esse ex feudali, qui inter Dominum et Vasallum intercedit, nexus, atque fidelitate inuicem promissa, facile liquet. Ad substantiam enim feudi pertinere obligationem maxime Vasalli ad *Fidelitatem* Domino pro beneficio concessa praestandam, Iuris beneficiarii Doctoribus in confessio est. o) *Fidelitas* autem haec quod in promouenda ac tuenda salute corporis, vitae, famae et bonorum Domini, inque auertendis totidem malis, consistat, ex feudalibus placitis itidem tralatitium est p). Cumque *Fidelitas* haec per *seruitia* potissimum *militaria*, quorum intuitu et feuda in primis Longobardica vtplurimum concessa sunt, sese exercere soleat, q): patet, minime adimpleri officium fidelis vasalli, nec fidelitati Domino debitae satisfieri, si Vasallus medium se inter Do-

B 2

minum

o) v. II. F. 3. in f. 6. 7. 23. in nen, bestes fördern, und alles fin. Add. G. a. STRVV. Synt. ihun, was ein gerueuer Lehn. I. Feud. Cap. II. Aph. 3. n. (6) mani seinem Lehn-Herrn von et Aph. 5. n. COCCEI. I. Rechts- und Lehns-Gewohnheit Feud. Hypomn. Tit. II. §. 5. 6. wegen schuldig ist. Add. STRVV.

p) v. II. F. 5. et seqq. I. Alem. Cap. XI. Aph. 5. COCCEI. I. C. 4. et seqq. Quo et spectat c. Tit VI. 20. 21. SCHILT. Inst. formula iurisurandi feuda. I. Feud. Cap. III. §. 6. lis: Ihrem Herren leeu und q) v. STRVV. I. c. Cap. hold seyn, dessen Schaden war. XI. Aph. 5. n. 1. et seqq.

minum et eius hostem gerere, atque adeo debita seruitia auxiliaque Domino aduersus hostem eius denegare velit r).

§. IX.

Iam ad caput causae deuoluimur, *STATIBVS*, scilicet *IMPERII* nostri *R. G.* vtrum in *bello Imperii* neutras amplecti partes liceat, nec ne! disquisituri. Quae quaestio vti generalis est, atque ab aliis Iuris Publici Doctoribus iam in Systematibus suis vel Compendiis tacta s): ita et nos generaliter tantum, et in thesi, vt aiunt, ex generalibus Iuris Publici principiis, ac Legibus Imperii fundamentalibus, eam edisseremus; abstrahendo ab iis, quae ad speciales singulorum rationes pertinent, neque adeo in hypothesi, vt loquuntur, de his, quae superiori subiacent Judicio, temere quidquam definiendo.

§. X.

Ad *Bellum vero Imperii* cum quaestio duntaxat spectet, promouendum, hoc nomine nobis venire bellum, quod non solum Imperii

r) Add. FRANCKENST. Tit. XIX. §. 141. TIT. Spec. I.
I. c. §. 9. sqq.

Publ. L. 3. Cap. VIII. §. 63.
HORN. I. Publ. Prud. Cap. IX.

s) V. PHIL. RHINH. VI. §. 22. PRAES. Intr. ad I. Publ.
TRIARII Instiit. I. Publ. L. 3. I. R. G. L. 7. C. VIII. §. 9.

perii causa ab Imperatore susceptum, sed et ante omnia communi Imperatoris et Statuum consensu comitiali, et quidem aduersus exterum Regem aut Populum, decretum ac declaratum est, atque adeo Imperatoris et Imperii nomine ac auspiciis geritur. Vnde patet, sermonem nobis haud esse de bello, quod Imperator suo tantum nomine, Domus suae Austracae, ac ditionum hereditiarum, causa, gerit. Ceterum nihil interest, siue defensuum istud, siue offensuum bellum, scilicet ratione modi gerendi tale, fuerit: siquidem offensuum ratione causae tale, vbi alter alterum, sine praevia offensione, adeoque sine iusta causa, aggreditur, Imperium suscepturum, haud praesumendum.

§. XI.

Bellum Imperii, vbi legitime decretum, atque numerus militum, ad Exercitum Imperii constituendum necessarius, modusque illum cogendi, definitus est: omnes et singuli STATVS IMP. ad militem suum, eumque omnibus instrumentis bellicis, rebusque necessariis instructum, pro rata sua, das Reichs-Contingent, vel in matricula Imp. cuilibet adsignata, vel, distributione per Circulos facta, placito

B 3

cuius-

cuiusque Circuli determinata, mature sistendum; Circuli vero dein ad copias, e Statuum suorum Circularium manibus collectas, ad locum, congregationi Exercitus Imperialis, vel operationibus bellicis destinatum, atque a Duce exercitus designatum, quantocvys itidem submittendas, non minus ac Collectas Imp. ad impensas belli necessarias, inque comitiis itidem decretas, curate soluendas, *obligantur*. Quae Statuum *obligatio* tum communi iuris publici vinculo nititur, quo quilibet status Imperii, ad salutem Imperii pro virili sua promouendam, obstringitur: t) tum imprimis de-

creto

t) Fluit hoc ex principiis *promouenda omnes ingenii et in-*
Iuris Naturalis, cum primis *distriae nervos intendant*, v. p.
Iuris Publici Vniuersalis, dum FEND. de officio H. et Ciu. L.
 in qualibet Societate Ci- 2. Cap. XVIII. §. 4. Eadem
 vili *Salus Reipublicae suprema* igitur Lex vniuersalis sine du-
 Lex est, quae adeo et Caput bio etiam Status Imp. R. G.
 et Membra Reip. obligat. Stringet. Agnouit hoc D. 10.
 Conf. Dn. I. H. BOEHMER. FRIDERICVS, Elector Sa-
 Introd. in Ius Publ. vniu. P. xoniae in *Apologia* sua apud
 Spec. L. Cap. III §. 5. Hinc er- HORTLED. Von Ursachen des
 ga totam Ciuitatem officium ho- Deutschen Krieges, L. 4. Cap.
 ni Ciuis est, vt eius salute et in- IX. §. 172. s. 172. vbi ait: Das
 locumitate nihil habeat carius: ein jeder Churfürst und Stand
 vt vitam, opes, fortunasque fu- nebenst Kayserl. Maiestät Ver-
 as, ad eandem seruandom, li- wantus, auch dem Reihe mit
 benter offerat: vt ad eandem il- seiner Pflicht verwand sey: Wie
 lustrandam, eiusque commoda die Wahrheit ist. Et mox ex-
 plicat

creto Imperii comitiali, de bello hosti Imperii inferendo, facto; quippe quod, instar legis, omnes et singulos Imp. status, ad ea scilicet, quae ita decreta sunt, obseruanda atque exequenda haud dubie obligat ^{u)}). Firmat quoque

plicat obligationem erga Im- telbahren, sie seyn Stände des perium: Das ein ieder Chur- Reichs oder nicht - - hemit fürst und Fürst schuldig und ver- ernstlich, und bey Vermeidung pflicht sey, durch göttliche ehrli- dieren in ermeldten (Westphäl.) che Wege das fürzuvenden Frieden-Schluss begefügten was zu Erhaltung Desselben Straffen und Pönen, daß al- Reichs gemeinem Standes und les Dasjenige, was darin und Stats, und seiner hergebrach- in allen deren Puncten und Ar- ten Gerechtigkeiten und Freyheit- ticutiū enthalten, auch nach dem- heiten, Nutz und Noth ist, und selben, und bey gegenwärtiger füglich abzunwenden und zuvor zu kommen helfen, was zu Zerrüttung solcher hergebrachten Li- Reichs-Versammlung, zu Des- berthäten und Freyheiten gerei- sen allen mehrerer Handhab- chen wolte. Ceterum ad Sa- Execution und Befestigung, fer- luteum Imperii etiam pertine- sen vor gut befunden und geschlos- re, vt istud aduersus inua- sen werden, oder noch beschlos- nes hostium defendatur, at- gebenes Fundamental-Gesetz que adeo Securitas eius ex- des Heil. Reichs und immer- terna sarta testa seruetur, währende Richtschur, und ewi- nemo negabit.

^{u)} Diserte ita iubet Recessus und unverbrüchlich gehalten, Imp. Nouiss. §. 6. ibi: Sezen demselben allerdings richtiglich demnach, ordnen, wollen und nachgelebet, von niemand wes gebieten, allen und ieden, Ho- Würdens, Stands oder We- hen und niedrigen, Geistlichen sens Der auch seye mit Rath und Weltlichen, Ohn und Mit- oder That, öffentlich oder heim- lich,

que eandem obligationem saepe specialis quae-dam *sanctio poenalis*, qua leges Imp. huiusmodi officia statibus Imp. iniungentes, muniri solent, quaeque poenas satis graues negligentibus hac in parte officium minitatur x).

S. XII.

His ita praemissis, de *NEVTRALLI
TATE STATVVM IMP. R. G.* facilius
erit

lich, dem entgegen gehandelt thun gebühret, saumig oder ungehorsamen solle. Ex quo argu-
mentum ad omnia reliqua Geistlicher ist) soll damit assybalde Imperii Decreta merito du-
citur. Add. SCHWEDER. alle seine Priuilegia Schutz und
Intr. in Ius Publ. P. General. Schirm die er von Kays. Majest.
Cap. III. §. 7. deren Vorfahren, und dem Heil.
Reich hat, verwirkt haben, de-

3) Qualis extat in Recessu ren priuirt und entsezt seyn. Ist
Imp. Norimb. de A. 1542. §. 24. aber der Ungehorsam oder Ver-
ibi: Würde aberemand, er brecher Weltlich, so soll er da-
sey Churfürst, Fürst, Geistlich durch in der Kaysel. Majest. und
oder Weltlich, Prälat, Graff, des Reichs Alci gefallen seyn,
Herr, von der Ritterschafft und und der Kaysel. Fiscal soll, zu
Adel, oder auch von den Frey- Erklärung solcher Pdn und
und Reichs-Städten, an Schi- Straff, gegen denselben Unge-
ckung seiner Anzahl Kriegs- horsamen ohn allen Vorzug
Volk, so ihm als ob steht, zu procediten und vollfahren, und
dem Buzug auferlegt, oder auch im Fall ihres beharlichen Unge-
an Schickung gebührender Un- horsams, soll sie auch der überst-
erhaltung seiner hiebevor, laut Feldhauptmann, mit der dazu
des Speyerischen Reichs-Alb- nothwendigen Anzahl Kriegs-
schieds, auferlegten Anzahl Volk überziehen und straffen,
Kriegsvolk, oder anderem, so immassen der obberföhrt Jüngst
ihm nach Sage desselben Alb- Speyerische Reichs Abschied von
schieds, oder dieser Ordnung zu- solcher Straffe weiter ausweist.

erit ad pronunciandum. Dupli autem potissimum modo euenire potest, vt status Imp. in bello Imperii neutras teneat partes. Primum, si, licet hostibus Imperii fere haud iungat, nec tamen cum Imperatore et Imperio arma societ, neque adeo copias suas circulares ad exercitum Imp. mittat, sed suis tantum rebus domi inuigilet. Deinde, si, foedere cum hoste Imperii inito, securitatem ab eo sibi terrisque suis stipuletur, ac vicissim quietem armorum suorum eidem polliceatur, atque adeo itidem nulla Imperatori et Imperio auxilia praefest, de cetero eadem hostilibus militibus, quae Imperialibus, in terris suis permittat. Et *neutro modo*, ex regula quidem, *neutras in bello Imperii partes seruare, statibus Imp. iure proprio integrum esse* videtur y).

C

§. XIII.

y) Eandem sententiam tu- tium esse non possunt. Imo co-
tentur Auctores supra laudati. gi possunt ab Imperatore et Im-
Ita PH. R. VITRIARIVS in perio, ut neutrarum parium non
Inst. I. Publ. L. 3. Tit. XIX. §. fint. Rotunde etiam senten-
141. vbi, Statibus Imp. qui- tiam suam desuper ita expli-
dem pro lubitu neutrarum par- cat GOTTL. GERH. TITIVS
tium esse posse, asserit: mox ta- in Specim. I. Publ. L. 3. C. VIII.
men addit: dummodo NEV- §. 36. Si Imperium bello prema-
TRALITAS non tendat tur externo, non licebit Stati-
vel contra Imperatorem, qua ta- bus esse neutralibus, nisi conser-
tem, vel Imperium. I. P. a. 8. si totius Imperii. Facit cum
Hoc enim in casu neutrarum par- eo CAST. HEINR. HORNI-
VS

§. XIII.

Palmarium huius sententiae fundamen-
tum merito censendum, quod Neutralitas eius-
modi statuum Imp. in Legibus Imperii diserte
improbata sit ac seuere prohibita z). Idque

EX
v s in I. publ. prud. Cap. XI. die von etlichen Ständen vor sich
§. 22. vbi ait: Ceterum si bello selbst angemachte Neutralitäten
cum exteris Imperium totumim-
plicetur, iuxta modum praescri-
ptum patriae adesse debet quili-
bei, nec neutrās partes eligere
poteſt, niſi conſenſu Imperii. Idem
sentit Illuſtr. Dn. AD. FRID. fürt und Stand, vermöge des
GLAFÉY im Beruunft- und Land - Friedens, auch dessen
Böſicker-Recht Libr. 6. cap. V. Handhabung und darauf fun-
§. 24. verba: Endlich iſt bey den dritten Executions - Ordnung,
Punct, wer neutral bleiben darf. wie auch andern Reichs - Con-
ſe oder nicht zu consideriren, daß
in einem dergleichen Staat, als Reich, sowohl von auswärtigen
das Deutsche Reich iſt, keinem Feinden, mit und neben Uns, als
Stand neutral zu verbleiben der Möglichkeit nach, beschließen
vergönnet ſey, wen das ganze und defendiren zu helfen, auch
Corpus einen Reichs - Krieg die dazu nothwendige Mittel,
grund- gesez- mäßig declararet pro quota beizutragen ſchuldig
hat. Nec non IO. IAC. MA-
SSOV. in Diff. de Bello Solen-
ni Imperii, Sect. I. §. 29. vbi
ſcribit: Iam ex dictis fluit, in
bello imperii, nulli Statui neu-
trās fouere partes iure permif-
ſum eſſe.

z) v. R. I. Racib. de A. 1641.
§. 86. et 87. ibi: Und demnach würden, und solches um so viel
mehr

ex dupli ratione grauissima. Principio quod Neutralitas ista Imperio sit valde *noxia*, *salutique* eius oppido *aduersa*: dum Imperium, a membris suis destitutum, atque necessariis auxiliis denudatum, indefensum relinquatur, hostiumque, audaciorum hoc pacto redditorum, irruptionibus exponatur, atque adeo ruina eius, et oppressio reliquorum statuum fidelium promoueatur; cum e contrario si omnes et singuli status vnitis viribus communi Imperii hosti obuiam irent, et sua Imperio securitas, et antiqua Germanicae nationis gloria, integra semper ac illibata esset perstitura. Deinde, quod eadem et obligationi statuum, vi cuius hi, ex praescripto constitutionum de pace publica seruanda atque tuenda, nec non ordinationis executionis, aliarumque constitutionum imperialium, Imperium aduersus internos externosue hostes defendere tenentur,

C 2 e dia-

mehrers, alldieweil in den Reichs- wollen wir, daß nicht allein die Verfassungen nicht zu finden von etlichen Ständen allbereit das einigem Stand aus was für angemaste und unzulässige höchst Ursachen, Ehehafften und Noth, schädliche Neutralität, darunter dasselbe auch seyn möchte, zuge die von uns etlichen Chur- und lassen worden, in allgemeiner Fürst. Wittiben beschehene Ver- Noth und Gefahr des Vater willigung nicht gemeint, ganz landes von dem andern sich ab- und zumahlen aufgehebt seyn sol- zu sondern. Also setzen, ordnen und le, allermaßen wir solche hiemit,
und

e diametro sit aduersa a). Vtrumque argumentum haud dubie magni erit momenti apud cordatores Imperii status, quibus salus imperii, a qua et salus cuiusque propria pendet, cordi est, quique, contra leges Imperii quidquam admittere, religioni sibi ducunt b).

§. XIV.

Proximo loco considerari meretur, quod status Imp. membra sint *vnius corporis civilis, imo christiani c)*, ciues, inquam, *vnius reipublicae*

und in Kraft dieses gänzlich auf- tens vom 4. Febr. 1689. weiter heben, sondern, daß auch hinfüh- beschlossen worden, daß keine ro einiger Stand des Reichs, Neutralität, unter was prae- wer der auch seye, ohne unser text und Vorwand es auch im- Vorwissen und Genehmigung, mer seyn könnte, zugestattensey. sich in vergleichem hochschädliche b) Hinc male audiuisse Mo- Neutralitäten nicht einlassen sol- guntinum praesulem apud len.

a) Quibus de causis pro- 1688. d. 17. Oct. Galliarum cul dubio et in Placitis Impe- Regi neutralitatem obtulerit, rii nouioribus de A. 1689. m. obseruat PFEFFINGERVS Febr. nec non A. elapso 1734. in *Vitr. Illustr. L. 3. Tit. XIX.* m. itidem Febr. quibus bella §. 141. not. (a) aduersus Gallos, eorumque c) Ita Imperium vocatur in asseclas, decreta sunt, Impe- R. I. de A. 1512 pr. ibi: Uns mit rialibus decretis dein confir- des Heiligen Reichs-Ständen, matis, nullum cuiquam Neu- und Sie mit Uns, nachfolgen- tralitatem permittendam, de Artikel und Meynung, als si sanctum: testantibus Placiti ein Christlich Corpus und Ver- nouissimi verbis; Wobey nach sammlung, gegen und mit einem Inhalt des Reichs-Gutach- der vereiniget und verpflichtet, und

blicae d), cui non vno nexus genere, sub c
C 3 PITE

und vertragen. Hinc Impera- sensu omnium statuum co-
tor caput Imperii passim in initiali, alia consensu Electo-
Legibus Imperii salutatur, ve- rum, alia denique solus, sine
luti in R. I. de A. 1566. §. Und cuiusquam consensu, per vni-
nachdem dann auch etc. in fin. uersum Imperium exercet.
ibi: *Qui dan als Römischer Vnde saltem pro exacto pro-*
Kayser und das Überhaupt im prieque dicto systemate libe-
Heiligen Römischen Reich. Sta- rarum independentiumque
tus vero Imp. Membra Impe- prorsus rerumpublicarum,
rii itidem passim appellantur, non nisi foedere quodam in-
vt in R. I. de A. 1512. §. ibi: ter se colligatarum, imperii
Und als Römischen Kayser, das Germanici corpus venditari
Heilige Reich, oder die Glieder nequit: quamuis si territoria,
desselben, die denselben anhän- corpus hoc constituentia,
gen und gehorsam sind, et in R. horumque Dominos, speates,
I. de A. 1342. §. wiewohl ibi: nonnihil ex systemate trahe-
Christliche Glieder des Reichs. re videatur. Agnouerunt

d) Vnam rempublicam ad- quoque status Imp. ipsi hanc
huc esse Imperium, qua Re- vnitatem Reip. passim in actis
gnum Germanicum, si scili- publicis. Testantur hac de
*cet vniuersum huius Imperii re verba Legatorum Brun-
sue Regni Corpus intueare, suico-Luneb. in Comitiis A.*
non prorsus negandum: li- 1641. prolatas, apud LON-
*cum suis Dominis, totidem 143. 154. 158. daß die Catholi-
respublicas specialis reprae- sche im Reich, neben denen Ev-*
fentare videantur. Siquidem angelischen, diese neben jenen,
corpus istud Imperii vnum als ciues vnius reipublicae,
nihilominus caput supremum und Glieder eines Leibes und
habet, Imperatorem, puta, Reichs, friedlich und schiedlich
qui vera Maiestate gaudet, mit einander zu leben, und des
buiusque iura, alia quidem, lieben Vaterlandes Wohlforth
eaque potiora, nonnisi con- eimföhlig zusammen, und unter
einan-

PITE suo, arctissime sunt vni*e*). Hinc vti salute totius corporis etiam salutem singulorum membrorum contineri, et periclitante totius corporis salute, etiam singulorum membrorum salutem periclitari, ex natura et indele huiusmodi corporis, mutuaque inter ipsum et membra sua relatione, manifestum est: ita facile

einander zu beobachten hätten, narchico supersunt reliquiae. Quae sententia et ab aliis Ele- licet meri subditi hodie sta- toribus et statibus compro- tus Imp. non sint, ad obse- bata est. Conf. KVLPIS. Diff. quiwm, Imperatori et Imper- de vnitate Reip. in S. Rom. Im- perio, bellum aduersus hostem perio, speciatim Cap. II. §. 6. Imperii decernentibus, atque et seqq. vbi ex instituto hoc neutras sequi partes vetan- argumentum edisserit, quam- tibus, praestandum, vtique uis paulo obscurius vnitatem obligat. Nexus *feudalis* ad fistam explicet. It. HORN. I. delitatem et auxilia Impera- Publ. Prud. Cap. XIII. §. 3. tori et Imperio in bello Im- seqq. et PRAES. Intr. ad I. perii exhibenda eosdem ad- Publ. L. 5. Cap. I. §. 22. stringit. Denique nexus qui-

e) Triplici potissimum *ne-* dem *socialis*, qui in commu- *xu* niti *vni*o statuum Imp. cum nibus Imperii negotiis expe- Imperatore et Imperio vide- diendis, in Comitiis et cir- tur: *nexus subiectionis*, *nexus culis* Imp. maxime conspicu- *feudali*, et *nexus sociali*. At- us est, accedere, atque per- que adeo triplici etiam iuris cularem quandam statuum vinculo ad communem Im- non solum inter se, tanquam perii salutem promouendam membra vnius corporis, sed status Imp. obstringuntur. v. etiam cum capite, Impera- PRAES. Intr. ad I. Publ. l. c. tore, confociationem, ad §. 23. seqq. Nexus *subiectionis*, communem salutem promo- cuius ex pristino statu Mo- uendam, producere videtur.

facile intelligitur, nullum Imperii membrum, quod propriae salutis cura tangitur, salutem totius Imperii, salua salute sua, negligere, atque adeo auxilia sua, ad commune periculum propulsandum, Imperio, sine proprio periculo, denegare posse. Vnde porro consequitur, hostem totius Imperii hostem etiam singulorum membrorum merito existimandum: atque adeo singulis Imperii membris incumbere, vnitis viribus Imperium aduersus communem hostem defendere, ac intentatam Imperio vim, inuasionemque prouinciarum aut locorum, ad Imperium pertinentium, conuentis consiliis et auxiliis, propulsare f'). Haec

omnia

f) Praecipiunt idem ex- nen zu Vortheil, dem Heiligen pressis verbis leges Imperii Reich entziehen, oder abzubre-
R. I. de A. 1512. §. 5. ibi: Und chen unterstehen; und solches ob-
ob jemand, wer der, oder die fentlich am Tage liegen, oder
wären, außerhalb des Reichs, sonst brennlich seyn wird, vor
niemandes ausgenommen, der Uas und den Ständen des
oder die Uns, das Heilig Reich, Reichs, so deshalb zusammen,
oder die Glieder desselben, die wi hernach folget, kommen sol-
denselben anhängig und gehor- len. Und um dasselbe sollen wir,
sam seynd, an ihren Ehren, Freys auch Churfürsten, Fürsten, und
heiten, Rechten, oder Gerechtig, andere Stände, an ein gelegen
Leiten, mit Gewalt, wider Recht Mahlstatt im Reich zusammen
zu vergelten, gewaltigen, oder zu kommen, nicht zu erkennen, ob
verdrucken, Theilung im Heil- man einigen Hülfte zuthun schul-
gen Reich zu machen, oder ih- dig wäre, sondern allein zu rath-
schla-

omnia vero cum negligat, qui neutras in bello Imperii partes amplectitur, adeoque haec nus a corpore Imperii sese diuellit, status; an hic pro fidi Imperii membro, cui salus Imperii cordi sit, reputandus erit?

§. XV.

Non parum roboris huic obligationi accedit per *homagium*, quod vel cum *Vassallagio* simul, vel citra hoc seorsim, Imperatori et imperio status solenni ritu praestiterunt ^{g)}; dum hoc

schlagen, und zu beschließen, wie wieder Sr. Kayserl. Majestät und welcher maße die Hülffe Person, Ehre, Würde, oder geschehen, und wie groß, zu Ross Stand gehandelt oder fürgenommen und Fuß die seyn soll. Adeo men wird, noch darein willigen que leges Imp. de quaestione oder gehelen, in einige Wege, an Imperio aduersus hōsondern Sr. Kays. Maj. dero- stilem vim succurrentum sit, selben Nachkommen, und des H. nequidem opus esse consultatione, censem, quod hanc men betrachten und befördern, obligationem ipso iure mem- nach allen ihren Vermögen, und bris Imp. incūmbere, prae- ob Sr. Churfürstl. Durchl. (Ihr. Furstl. Gn.) indeß verständen,

^{g)} Iurant enim, daß sie Kay- daß etwas fürgenommen oder ges- serl. Majestät und allen dero sel- handelt würde wider Sr. Kay- ben Nachkommen am Römisch. serl. Maj. Person, oder das H. Reich, Röm. Kaysern, und dem Reich, dem sollen und wollen Heil. Reich getreu, hold, gehor- Sr. Churfürstl. Durchl. (Ihr. sam und gewärtig, auch nimmer- Furstl. Gn.) getreulich vorseyn, mehr wissentlich in dem Rath und Sr. Kayserl. Majest. dessen seyn sollen noch wollen, da etwas ohne Verzug warnen, und son- sten

hoc pacto sacramenti religione ad fidem et obsequium Imperatori et Imperio, ita, vt par est, exhibendum, adeoque commoda vtriusque pro virili sua promouenda, damna vero auertenda, sese obstrinxerunt ^{b)}). Cuius fidei iuratae haud dubie memores erunt status Imp. qui conscientiae ac religionis sensu tanguntur, atque adeo operam dabunt, ne, deferendo partes Imperatoris et Imperii, atque neutras sequendo, violatae fidei iure argui possint.

§. XVI.

Sed forte nec deerunt, quae sententiae de Neutralitate statuum Imp. propugnatae obmoueri possint. Primum obstare videtur in-

D signis,

sten alles das thun, daß sich ei-
nem gehorsamen Chur-Fürsten,
(gehorsamen Fürsten des Reichs)
und getreuen Lehmann, gegen
Sr. Kaysert. Maj. und dem H.
Reich zuthun gebüchret von Recht
und Gewohntheits wegen, vt ha-
ben formulae Iuramento-
rum fidelitatis Electorum Ec-
cles. et secul. itemque Prin-
cipum Imp. quae extant in

STRYKII Exam. I. Feud. Ap-
pend. n. XIV. et seqq. Add.

§. 3.

^{b)} Quamvis enim promis-
si etiam simplicis fidem si
quis sefellerit, Deum vindicem
habeat; sanctius tamen
fidem seruat, qui se Numini
etiam deuout, atque illud
in testem conscientiae et fa-
torum suorum adscivit:
tantoque peccat grauius, qui
vltorem Deum proprius in se
ipse inuocat; vt bene et
sapienter monet L.B. de LIN-
CKER in Diff. de Religione ob-
HORN. I. Publ. Cap. XLIX. sequii §. 1.

signis, qua status Imp. pollut, *Libertas* atque *Potestas*: dum imperantes quoque sunt, et, inter alia libertatis iura, iure foederum etiam gaudent. Hinc enim forte colligas licet, quod, uti foedera libere inter se et cum exteris pangunt status Imp. ita et Neutralitatis foedera cum iisdem pangere posse videantur *i*). At enim vero libertas statuum ac potestas, quantacunque etiam sit, non tamen infinita est, sed limitibus quibusdam, non minus ac Imperatoris summa potestas atque libertas, ex legibus Imperii, circumscripta est. Quemadmodum autem libertas foederum, statibus concessa, ita restricta est, ut contra Imperatorem et Imperium iniri nequeant, nec nisi saluo per omnia iuramento, quo quisque Imperatori et Imperio obstrictus est *k*): ita libertas neutras eligen-

i) Digitum quoque ad hoc do neutralitas non tendat vel dubium intendit VITRIARI- contra Imperatorem, qua ta-
vs in Inst. I. Publ. l. c. §. 141. lem vel imperium.
vbi scribit: Quemadmodum k) Ita expresse cautum in
status Imp. foedera liberrime I. P. W. Art. VIII. §. 2. f. ibi:
inter se, et cum exteris inire Comprimis vero ius faciendi in-
possunt, sine consensu Impera- ter se et cum exteris foedera,
toris: ita etiam neutrarum par- pro sua cuiusque conseruatione
tium pro lubitu, vel esse vel ac securitate, singulis statibus
non esse possunt. Sed statim liberum esto: ita tamen, ne
addit limitationem: duummo- eiusmodi foedera sint contra
Impe-

eligendi partes intra eosdem cancellos haud dubie sepe continere debet. Neutralitatem vero statuum in bello Imperii et in praeiudicium Imperatoris ac Imperii vergere, huiusque saluti maxime aduersam esse, nec cum iuramento, quo Imperatori et Imperio obstricti sunt status, consistere posse, in praecedentibus, ni fallor, satis demonstratum est.

§. XVII.

Sed forte et hoc dubium alicui in mente venire posset; an, si bellum Imperii, *sine suo suffragio atque consensu*, decretum sit, ipse arima cum Imperatore ac ceteris Imperii statibus sociare nihilominus teneatur? quod decreta Imperii per modum *pacti* fiant, pacta vero neminem, nisi qui consensit, obligent. Verum enim vero, qui rerum ad statum Imp. publicum pertinentium probe gnarus est, huiusmodi dubium non facile mouebit. Constat enim inter omnes, licet decreta Imperii inter Imperatorem et corpus statuum per modum pacti fiant, in singulis tamen statuum collegiis, in Comitiis vniuersalibus, regulariter con-

D 2

clusa

Imperatorem et Imperium, pacemque saluo per omnia iuramento eius publicam, vel hanc in primis transactionem, fiant, quo quisque Imperatori et Imperio obstrictus est.

clusa e maiori suffragiorum parte, si nonnulla dissentiant, formari *l*). Et licet nonnulla Imperii negotia ab hac regula in legibus Imp. sint excepta *m*), tamen exceptio huiusmodi firmat regulam in casibus non exceptis. Saltem bellum Imperii nullibi est exceptum: Imo, quantum ad hoc, regula majoris partis expressa lege firmata est; ita, ut bellum, a maiori statuum parte cum Imperatore decretum, ad auxilia belli conferenda omnes et singulos obliget *n*).

§. XVIII.

Sed maioris forte momenti dubium videri possit, si *causa* belli, de quo quaeritur, Imperium haud stringat; eo quod tale nec membra Imperii stringere videatur. Verum hu-
iusmo-

l) Conf. SCHWEDERI keinesweges seyn soll, so sollen Disp. de Casib. a iure mai. partis in Comit. S. R. G. I. exceptis, §. 5. et Dn. F. A. ab OSTERHAVSEN de iure singul. a mai. suffrag. comit. parte excepto Sect. I. §. 8. et seqq. et Sect. II. §. 13. 14.

m) v. I. P. W. Art. V. §. 52. ter massen, endlich berathschla-

n) v. R. I. d. A. 1512. §. 7. ibi: gen und beschlossen werden, dem Ob aber einer oder mehr aus- soll von allen Ständen gefolgt, bleiben, und nicht erscheinen, oder, nachkommen und vollstreckt wie obsteht, ihre Botschafften werden, ohn alle Wiederrede nicht schicken würden, das doch und Beigerung.

iusmodi dubium in consultationibus, quidem de bello *offensuo*, Regi aut Principi alicui inferendo, institutis, statum Imp. fortassis ad suffragium negatiuum ferendum permouere posset. At vero si de bello *defensuo* agatur, aduersus inuasorem Imperii, qui scilicet terras ac propugnacula Imperii hostili iam manu occupare coepit, decernendo, et quidem ex causa ad Imperium plane non pertinente: tan-
tum abest, vt haec sufficiens futura sit causa declinandi bellum Imperii, vt potius eo for-
tius adstringere debeat status ad arma aduer-
sus communem eiusmodi Imperii hostem ca-
pienda; quod eo iniustius bellum, Imperio
ab eodem illatum, eo iustius vero bellum de-
fensuum aduersus inuasorem talem decernen-
dum, sit censendum, quo minus causa belli
Imperium tangit. Sane vix iustior belli cau-
sa Imperio esse poterit, quam si hostis terras
Imperii, siue ad Germaniae, siue ad Italiae
Regnum pertinentes, ex causa ad Imperium
haud spectante, inuadat. Quodsi vero bel-
lum ab Imperatore et Imperio aduersus ho-
stem, ex tali causa terras Imperii inuadentem,
iam decretum fuerit, ne quidem fas erit am-
plius dubitare, utrum arma cum Imperatore

D 3

et

et statibus reliquis socianda sint, ex rationibus supra latius expositis.

§. XIX.

Denique maximi momenti ratio a bello Imperii abstinendi existimari poterit *propriae salutis* atque *conservationis necessitas*. Quod si enim tota hostilis exercitus vis in status finitimi terras ingruat, atque omnimodam earum deuastationem ac ruinam minitetur, si resistat, vel ipse iam ad eas angustias redactus sit, ut neque hostium vim sustinere, neque ope Império ferre, neque adeo suae saluti aliter, quam per neutralitatem electam, consulere queat: ipsa necessitatis lege permisum videtur, ad sacram hanc Neutralitatis anchoram confugere *o*). Idque eo magis, quod in tali necessitatis casu, vbi nullum ab Imperio auxilium sperari, neque adeo terram suam ab interitu aliter seruare queat status Imp. etiam in *protectionem* peregrino, imo ipsi hosti, fere dare, haud illicitum censeatur *p*). Eadem forte

o) Latius hoc argumentum ex Iuris publici vniuersalibus principiis ediscere sat-

agit FRANKENSTEIN in *Publ. I. c. §. 150.* vbi sequentes pro huiusmodi facto defenden-

tras in bello partes sequuntur
Tb. VII.

p) *V. VITRIAR. Inst. I.*
Publ. I. c. §. 150. vbi sequentes pro huiusmodi facto defenden-

forte ratio fuerit, si quis status Imp. vel *dome-
sticis turbis*, vel *externo bello*, implicitus sit,
atque adeo ad imminens aliunde periculum
auertendum, terrasque suas aduersus exter-
num hostem defendendas, milite suo ipse in-
digeat q).

§. XX.

fendendo rationes adducit: Leopoldum Ludouicum C.
Ex eadem generalitate iuris, in-
quit, quod Principes habent
foedera faciendi, nos fluere pu-
tamus, quod Principes Imperii
in protectionem peregrini Prin-
cipis se dare possint, etiam igno-
rante et non consentiente Impe-
ratore. Alii hoc ipsis concedunt,
quia, cum honesta sit omnis ra-
tio expediundae salutis, et ca-
sus necessitatis de non licito fa-
ciat licitum, ideo status Impe-
rii, Imperatora absente, aut si
aliis bellis irretitus, vel alias
detenus aut impeditus esset, quo
minus auxilium ferret, se se
possent in protectionem peregrini
no dari. Vbi PFEFFINGE-
RVS sub lit. (a) notat; Tem-
pore moderni (bellum Galli-
cum indigitat, per pacem
Rysuicensem finitum) belli,
Wilhelnum Egonem, Car-
dinalem Furstenbergium,
Praesulem Argentoratensem;

P. R. Veldentinum, Christia-
num C. P. R. Birzfeldensem,
Comites Hanouiae, Barones
Fleckensteinios, aliosque sta-
tus Imperii, Protectioni Gallia-
rum Regis se commendasse,
res nota est.

q) Quibus ex causis et po-
loniarum rex saxon-
aeque elector, in bel-
lo Imperii successionis Hi-
spanicae causa enato, in co-
mitiis Imp. per litteras se se
excusavit, quod ita impedi-
tus, nec toto exercitu suo,
nec debito saltem militum
numero, Imperatori et Im-
perio adfistere possit v.
Staats-Camdeley T. XX. p. 750.
Similes allegavit causas Dux
MEGAPOLITANVS, cum le-
gionem suam ab exercitu
Imperi domum reuocasset,
ob infestas scilicet bellige-
rantium Septentrionalium
copiis

§. XX.

Evidem illis statibus, qui ob regiones, hostilibus inuasionibus et oppressionibus exhaustas, oneribus Imperii sustinendis, atque opere Imperio ferenda, impares sunt, venia aut immunitas merito indulgetur. Quod ad illos vero, qui, ob propriae conseruationis necessitatem, vel militem debitum Imperio non sufficiunt, vel plane neutralitatis, aut protectionis foedus cum hoste ineunt, difficilior est inspectione. Certe non esse fingendum necessitatis casum, nec obtendendum, quamdiu auxilium ab Imperatore et Imperio sperari potest, ipsa sana ratio negotiique natura docet. Nec solum periculum imminens, ad declinandam belli societatem, sufficiens esse videtur: quippe quod, si coniunctis viribus hosti fortiter obuiam eatur, etiam auerti potest. Quod si autem vera necessitas aut impotentia statum aliquem Imperii impedit, quo minus officio satisfacere, armaque cum Imperatore ceterisque

copiis regiones suas v. Et quod ad exercitum Imperii Eanç. T. XXI. p. 598. Sic et copias, ratione prouinciarum
REX SVECIAE CAROLVS rum suarum Germanicarum
xii. in Transactione Ransta debitas, durante bello Poloniaco, non misser, ut obser-
SEPHO inter alia quoque uat MASCOV. in Disp. laud.
stipulatus est, ne fraudi sit, §. 28.

que statibus coniungere queat: Causae huiusmodi ante omnia Imperatori et Imperio exponendae atque probandae erunt, ut *Consensum* vtriusque obtineat. Quod eo magis necessarium, si decreto Imperii omnis neutralitas, sub quocunque impedimenti aut necessitatis obtentu affectanda, sit prohibita r): cum eo ipso ne casus quidem necessitatis exceptus sit s). *Consensu* autem Imperatoris et Imperii facultatem neutras sequendi partes, vel immunitatem a bellicis oneribus imperatri posse, non est dubitandum t). Fxit

E Deus,

r) Quod expresse factum gerantium, non potest eo non solum in *Recessu Imp.* de inuitu hanc obligationem A. 1641. §. Also so sezen. verb. aus was für Ursachen, Ehehaf ten und Noth dasselbe auch seyn möchte. v. supra §. XIII. not. (a) sed etiam in decreto Imp. nouissimo m. Febr. A. 1734. additique n. 7. hunc textum ne casum quidem necessitatis exceptum a regula prohibitae neutralitatis concedere.

s) Idem etiam recte obser uavit TEXTOR I. c. vbi scribit: *Et est sane non tantum expressa huius rei dispositio in R. I. d. A. 1641. §. Also sezen, sed et ratio satis clara, quia qui per leges publicas, et forte vi iuramenti obstringitur ad assistendum alteri belli-*


t) Elucet hoc ex R. I. de A. 1642. §. 86. vbi certis Ele ctorum et Principum viduis Neutralitas concessa esse, dicatur. Idem suo tempore di versarum Ciuitatum Imperii, nominatim Reip. Argento raten-

34 DISSERT. DE NEVTRALITATE.

Deus, vt omnia Imperii membra ita inter se
et cum Augustissimo capite suo vires vniuant,
omnesque neruos intendant, quo pax
firma et stabilis tandem
obtineatur!

ratensis et Spirensis, quae il- TEXTOR in *Synopsis Iur. Gent.*
lud ius consensu Imperato- Cap. XXVI. n. 5. refert,
ris obtinuerint, docuisse,

F I N I S.



IOAN-



IOANNIS HENRICI BOECLERI, ICTI
OBSERVATIONES
DE
QVIETE IN TVRBIS.

INTER bella et discordias aliorum quiescere, mediosque et se neutruius partis praestare, nunquam fere defuerunt, qui cupide, quamquam haud raro frustra, expeterent. Eam si quis *suspiriam* veluti in locum communem coniiceret, arduae in vtramque partem deliberationis momenta, tum aliis modis, tum ita partiri licebit: vt, quibus caussis optari quaerique societatis bellicae declinatio; quibus item refutari, et ab iis, vnde petitur, denerari soleat, exemplis omnis aeui insignioribus demonstretur. Verum, de tractata aliis quaestione, nos pauca, hac vice, Academicci colloqui instruendi ergo, carptim attingemus.

Iam primum, ipsa belli detestatio, et pacis amor, virtutis et iustitiae commendationem

nem habere videtur. Quo nomine TACITVS a) Chaucos veteres laudat, qui magnitudinem suam malebant iustitia tueri: sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretique, nulla provocantes bella: et mox, quiescentibus eandem famam, quae bello et armis, veluti speciosius quaeri solet, assignat. In primis aequissima cogitatio eorum censeri debet, qui a bello ciuili, ac intestinis dissidiis plurimum abhorrent. b) Quippe arma ciuilia neque parari, neque haberri bonas per artes possunt. Hinc Attici non in moderatio magis, quam prudentia, c) praecipuis laudibus fertur, qui ciuilibus se fluctibus nunquam commisit, quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedissent, quam qui maritimis. Quare Domitii sententia, atrocior, vt erat, omnibus visa est, d) cum bello ciuili, consultante Cn. POMPEIO de mediis ac neutram partem sequentibus, solus censuit, hostium numero habendos. e) Longe autem et humanius et sapientius IVLIVS CAESAR, denunciante POMPEIO, pro hostibus se habiturum, qui Reipublicae defuissent: ipse

a) Germ. 38.

d) SVET. NER. 2.

b) TAC. I. A. 9.

e) Id. IVL. 75.

c) CORN. NER. Att. 6.

ipse medios et neutrius partis, suorum sibi numero futuros promuncauit.

Nam, quod Solonis legem vulgo iactare solent, f) GELLIO laudatam, in ea plus admiratio viri, quam prudentia, momenti facere videtur. Licet enim non ad augendam, sed ad definendam seditionem pertinere putetur eorum propositum, qui in partes discedunt, ut majori auctoritate, suas quisque partes mitificet, et ad vtrarumque concordiam tutius viam muniatur: optari tamen saepius, quam sperari potest is euentus, in licentia multitudinis ad moderata consilia surdae, ad audacia praecipitis. Meliusque talia fieri posse per medios et neutrius partis, g) PLVTARCHVS, contra legem Solonis, disputat. Habuit arduae disputationis exemplum historia superioris saeculi: quando, agrestibus passim tumultuantiibus, equestris dignitatis vir, non ignoti nominis, b) in partibus seditionorum se non voluntate, sed necessitate stetisse, multaque eorum consilia in melius flexisse, caussatus, defensionem tamen ipse suam, repetito, partium malarum studio destruere postea visus est.

E 3

In

f) Noct. Att. 2, 12.

b) PETR. GNODAL. Ru-

g) Praecept. ger. reip. p. stic. Tumult. l. l. f. et lib.

4. p. 1083.

In lege porro Solonis, ego probe distinxerim seditionem et tumultum, a bello ciuili. Hic enim consultationi, et mediis consiliis locus esse potest: ibi, veluti torrente abripi plerosque necesse est. Itaque consilium Spurinnae GRVTERI ⁱ⁾ dissertatione laudatum est; de quo TACITVS: *Fit temeritatis alienae comes Spurinna, primo coactus, mox velle simulans, quo plus auctoritatis inesset consiliis, si seditione miteceret.* Sicut autem, ducem se et auctorem praebere bello ciuili, si vlo modo res absque intestinis armis confici possit, aut citra defensionis necessitatem, nemo cordatus vir cupiat: ita suscepto iam bello, optimorum multos inuolui, nihil mirum est: rara felicitate temporum consiliorumque, vbi tuto quietescere liceat. ^{k)} Cato quoque ille, quem Seneca dicit, *aliis ad Caesarem inclinantibus, alii ad Pompeium, solum fecisse aliquas et Reipublicae partes*, licet de vtrisque partibus bello collisis, parum praecclare sentiret, et viatore Caesare mori; Pompeio exulare destinasset; interim tamen bellum elegit: ^{non}

Miscentur interdum bella, sicut de Caesaris Pompeiique armis FLORVS ^{l)} iudicat,

ⁱ⁾ 2. Hist. 18.

^{k)} Epist. 104.

^{l)} 4, 2, 4.

non recte ciuile tantum id dici bellum; ac ne sociale quidem; sed nec externum: sed potius commune quoddam ex omnibus, et plus quam bellum. Quod cum vsu venit, studio quietis excuti, etiam pacatissimas mentes videmus. Quid enim tutum sibi inter arma vndique circumiecta et eminentia sperauerint? Neutras partes sequantur? non minuent belli pericula, sed augebunt; et vtriusque praedae ac disruptui erunt.

Nisi quod tum quoque quiescere sua quosdam infirmitas iubet. Si enim nullum possunt momentum facere, vel ad se tuendos, vel ad alios iuuandos, sed expositi sunt cuiusuis occupantis viribus, rectius aliquis dixerit et consultius esse, expectare, quam irritare fortunam. Quamquam ne sic quidem pericula partium licebit semper effugere. Quid si enim vna pars occupauerit talem ciuitatem gentemque, eiusque vel inuitae opera aduersus hostem vti cooperit? Sequi videbuntur, quia prohiberent non poterunt, sicut Maracandanis apud C V R T I V M m) accidit: et Atheniensibus apud V E L L E I V M, qui cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis; et animos extra moenia; corpora necessitati seruientes intra muros habebant.

m) 7. 6. 24. 2. 23. 5.

bebant. Sed nimirum hi videntur in partibus esse, quantum ad fortunam attinet: vera autem aestimatione, medii et partium studio va- cui habendi sunt, id quod exemplis pluribus docet HUGO GROTIUS.ⁿ⁾

Quibusdam summa ratio, quae pro ne- cessitate est, suadet, ut quiescant: et locus ipse fauet, ut facultatem quiescendi impetrent. Finge enim, ita sitos esse quosdam, ut stare eos, nec perdi, vtriusque partis bellantium in- tersit: neque tam cito in partes alteras cogi posse, quin ab alteris etiam non vocatis sub- leuentur: dum vtrinque summa consilii in eo versatur, ne pars aduersa societate et posse- sione eorum potiatur. Vel ideo quietem cu- pient, ne tota et varie dispersalis, in vnum lo- cum ita incumbat, ut veluti sola et vna belli materia ac merces, inter pertinaces affectan- tium et distrahentium manus peritura videa- tur. Veri est simile, partes bellantes malle quietem concedere iis locis, quorum quietam posse sibi sperare nullo modo possunt, quam euertere velle distrahendo in partes, quorum stantum vel opinione, vel opera vti aliqua li- ceret. Vident enim non calliditate aliqua, aut artificiois consilii quietem affectari, sed since-

ⁿ⁾ I. B. 3. 11. 3. et in annotatis.

finceris propositis, et causis necessariis societatem bellicam declinari. Atque ubi vna pars acquieuit his propositis, desperari non debet, quin altera quoque idem sit factura. Nisi forte in bello altera parte fracta, reliqua inualescat vehementius, omnique terroris instrumento quietis consiliis abstrahere medios illos instituat. Ibi tum, quid valeant humeri, quid ferre recusent, serio pensandum; et, quantum fieri potest, tarde ac cunctanter a destinata quiete recedendum: Si forte Deus interim et fortuna negotium gerat, necessitatisque imminentis nexus exsoluat. Subest saepe periculum seruitutis, ut primum, a quiete recedatur. Quo nomine laudat prudentiam eorum, qui prouido metu, partes suscipere noluerunt, is, qui de *ministeriis Cardinalis RICHELII* scriptis. o)

Qui tam bonis ac necessariis consiliis duci, societatem bellicam declinant, an iure cogi possint, ut partibus accedant, quaerendum est. Facit hanc quaestionem necessariam genus temporum. Non audiimus modo, sed vidimus, iracunde denegatam iuste petentiibus quietem. Quasi hic esset vulgo sensus bellantium, si vires cogendi in partes ad sint, de

F iure

o) lib. II. c. 3. 4. dil. foliis 250q. 251q. 252q.

iure non dubitandum esse. Quem morem sapientia melior vltro refutat. Demis enim pactionis, et fidei vinculis, armorum societatem exigentibus, iure naturae et gentium liberum esse cuique debet, armis aliorum abstinerere, et inter dissidia externorum quiescere. Foedera, etiam bellica, sua natura libertatis sunt et consilii, non necessitatis et praexcepti. Et quam iniqua ratio est; noluisti socius esse, ergo hostem me fenties, etiamsi hostem meum non adiuueris; etiamsi ab omni studio partium te continere volueris?

Inuisi quidem fere sunt bellantibus medii, tanquam vel ignauii, vel callidi. Nam et cautioni prudentiaeque vix meliora imponuntur nomina, sed non semper ista possunt ad liquidum deduci: neque secreta mentium, suspicioni fas est penetrare. Et vel sic ad consilii quaestione, potius referentur pleraque, quam ad ius infestandi quietos. Itaque via illa media, sicut amicos non parat, nec de inimicis dubitat: ita hostes potest merito deprecari.

Inter argumenta, quibus quietem disuadet, societatem armorum petit, Mithridates p) hoc ponit: illi, quos ignauia aut prava calidi-

p) Epist. ad Arsac. ap. Sallust. lib. 4. fragm.

liditas, vti meis laboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissimas poenas soluunt. Estque haec ratio in primis valida ad infamandam quietem, et ad commendandam societatem bellicam, sed ut suasoria: vbi adhuc locus est trutinae prudentiae: plus ne sit, quod timeatur ex quiete, an quod ex societate armorum, detrimenti. Quod hic Mithridati non inuadida demonstratione poterat opponi: si quis, utili et praeclaro labore, Arfacis nomine respondere velit, et societatem armorum, tanto ambitu petitam declinare.

Poetarum post Homerum princeps, insignia duo posuit quietis inter bella exempla: Iouis unum, alterum Diomedis. In Iouis exemplo intelligitur summa potestas, et aqua voluntas quiescentis in dissidentes. Licet enim posset alterutri parti accedendo statim rem confidere, quia tamen vtrainque amauit, ad concordiam redigere eos maluit, id cuin parum successisset, non sine doloris praefatione, neutras se partes adiuturum, et rem fortunae commissurum profitetur:

Quae cuique est fortuna hodie, quam quisque

secat spem, q)

Tros Rutulusue fuat, nullo discrimine habebot

F 2 sua

q) Aeneid. 10.

*sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent: rex Iuppiter omnibus
idem*

Fata viam intuerent.

Non cepit *circonvicav* operis grammaticus, cum annotat, *Iouem simulare studium Iunonis, reue-
ra autem a Troianis stare.* Parum abest quin perfidum Iouem faciat, qui ita sentit: iuraue-
rat enim per Stygem. Quod facere non po-
terat, sine deterrimo flagiti genere, si aliud
animo constitutum habuisset, quam quod ore
promisit. Pertinet ergo ad ¹⁹⁰⁵ carminis, vt
Iupiter inuitus quidem permittat bellantes for-
tunae, sed, quod proximum erat, sine studio
partium, propter benevolentiam in vtramque
partem. Quae etiam efficit, vt temporaria
haec esset quies, non perpetua. Postquam
enim auctoritas quiescentis non valuit, impe-
rio tandem finem imponit dissidiis, nec mollia
iussa loquitur. r)

Vlterius tentare veto.

An id facere potest, cuicunque ad faciendum
vires adsunt? Nam quin facere possit, cui imper-
ium est in dissidentes, dubio caret. An
idem citra ius imperii liceat, quaeritur. Ita
putat quidem VELLEIVS, s) *Principalibus ar-
mis*

r) I. Aeneid. 12.

s) lib. 2. c. 50.

mis eos se debere interponere, qui non parentem coercere possunt. Neque fere dubitant hodie, vel nuperis exemplis constat. Equidem fauor pacis tantum apud multos potest, ut de plano pronuncient, et utilitate, illa publica, quae pacis comes est, rependi autument, quicquid minus probum inesse in vitali videatur. Sed accurate insipientibus, alia animo sententia surgat oportet. Primo enim inter ea est, quae fieri non possunt, si quis potentior dicat bellantibus, non subditis sibi: *conquiescite statim, et pacem agitate, aut vim utriusque vestrum adhibeo.* Multa sunt, quibus indiget pax discussis confectisque. Neque Alexandri gladius ad nodum hunc Gordium soluendum idoneus est. Quid si ergo aliam viam insistas, et ita agas? *pacem facite rationi et aequitati consentaneam; aut vim expectet, qui cunque iustas conditiones repudiat.* Tolerari forte apud indulgentiores interpretes posset, si intra minas subsistis. Si reuera vim expeditis, quis te iudicem constituit eorum, qui nullum iudicem habent, praeter Deum? Haec ipsa est, qua Iani templum aperit, porta; vbi nulla iudicis copia, nulla iudiciorum potestas litibus dirimendis superest. Quaerenda ergo est noua ratio, si dicas; *Vestra dissidia meis*

vtilitatibus intercedunt, multisque meam rem-publicam et magnis detrimentis afficiunt. Hinc ius meum est, reuocare vos a diffidio, et si sequi non vultis, trahere. Respondebunt: nulla ratio iuuat, ius suum in alieni iuris diminutio-ne collocantem. Nos, suum quisque ius ar-mis persequimur: tu obtentu iuris tui nos vis impeditre, quo minus consequamur ius no-strum. Si nostri iuris disceptatione tua lae-duntur commoda, nullo id nostro consilio, adeoque nec nostra culpa sit: qui vtilitatibus tuis nec inuidemus, nec intercedimus. Vbi pestis, et fames viciniam tuam populatur, com-modia tua minuuntur variis modis. Sed non potes intentare litem vicinis, quorum malis, praeter ipsorum mentem, tu affligeris: Ita fatum est, vt cum vicinis aliquid patiendum sit. Tuis quoque malis turbabuntur vicini: quos tibi exinde merito irasci, vtique nega-bis. Alia quercus excutienda venit. Audio enim quosdam dicere: *Qui spernit auctorita-tem, pacem suadentis et aequas iustasque condi-tiones reiicit; is et iustitiam laedit, et iusti-tiae patronum: bacque ipsa iniuria, arma ad-uersus se suppeditat, vim adhibituro.* Verum non omnis offensio, bello causam praestat ido-neam. Quid? si de offensione res ambigua est,

est, non offendite, inquiet, quando tuis consiliis non potui, ut optabam, obsequi. t.) Non spreui auctoritatem tuam, si tuis monitis mea commoda anteposui. Ne id quidem recte a te dicitur, quod iustas aequasque conditiones repudiauerim: iniquas credidi, et adhuc credo, quas tu aequas dicis. Quisque habet suum iudicium. Fac, me iusta non admisiss. Superior sit iure et imperio necesse est, non robore et viribus, qui iusta negantes, iuste vlciscitur, ut ante dictum est. Quare ad speciosius praetextum configiendum erit; quod in hunc modum ornari video: *Sancta est; et communis vinculo pacis nexa humanarum inter se gentium societas; quam violant ac dissoluunt, quicunque belligerantur, in violatores porro rei tam publicae, tam sanctae, qui quis princeps, quemque ciuitas, optimo iure miles est: si cestant emendare, quod peccarunt, id est, pacem componere.* Honesta oratio, vnde conficias, cogi posse ad pacem bellantes: si ius illud sociale, quo humanum genus continetur, vnumquam tibi seruandum ex animo statuisses. Iubet te idem ius, succurrere infirmitatibus, incommidis, necessitatibus cuiusque gentis, iisque subleuandis cognatam manum commondare.

1) GROT. I. B. 2. 24. 1.

dare. An haec te vnuquam cura solicitauit? sed fingamus omnino (asseuerare enim non possumus) ius illud, quod ex humano genere vnam ciuitatem facere debet, obtinere: non aliter vtique exerceri poterit, quam per modum iudicii, sicut inter ciues vnius ciuitatis, qui cum litigant, ad concordiam quidem et pacem rediguntur, non impetu et vimera imperii, sed spectato iure partium; ob quod illi aliquid admittur, huic additur. Iam ergo, si placet progredere extra ciuitates singulas, et vide, an ex orbe toto Rempublicam Platonis, aut Thomae mori Vtopiam possis concinnare. Non opus habebis vate, qui de successu te submoneat. Illud autem certo, nisi hoc effeceris, futurum est, vt malum malo sanare videaris velle. Nondum lusciniae sua deest, cantio. Dicturum enim te puto, *non bellum tibi propositum esse, et vim infestam, dum cogere ad pacem faciendam bellantes, contendas: ostentationem hanc armorum esse, non noxam esse quandam vim salutarem et amicam, non hostilem. Fauere interdum occasionem, vt manus quodammodo ligentur plus valentibus, aut utrisque, ne concurrere infestis amplius viribus queant: sicut cum pugnaturum manum validior aliquis continet, neque tamen ultra retento*

no-

nocet aut vim infert. Minus erit, fateor, res sermonibus et inuidiae obnoxia, si haec tenus interuenis armatus armatis, ut ad fundendum cum et pro altera parte alterius sanguinem non procedas. Ea enim medicina excederet modum, neque probis rationibus se tueri posset. Sed qui iusto pioque bello ius suum se existimat persequi, iniquum putabit eum, qui ad pacem aliis inde, quam paccatis modis velit abstrahere. Ita dum bellum finitur unum, nouis aliis semina possunt spargi, et viae praepare. Verum de his rebus fere ex euentu iudicant homines, bonaque aut mala dicunt, prout feliciter secusue successisse animaduer-
tunt.

Diomedis exemplum, apud Poetam u)
in primis nobile est, prudentia et expositione
rerum gestarum insignem. Latinus in societa-
tem belli sollicitauerat, metu communis peri-
culi, si Aeneas in Latio inualesceret. Negar-
turus, quod petebatur, Diomedes, primo sibi
consulit, deinde et Latino: atque adeo pro
viro prudente et amico se gerit. Ne huic
bello immiscere velit, suarum utilitatum re-
spectu; imo religione (id enim potentius mo-
men-

G

mentum adornandum et firmandum hunc locum assūmitur) prohiberi se, ait: cum strenuis bello ac felicibus, certamen inire, parum consultum esse, praesertim post tolerata belli damna et tristem dubiae fortunae experientiam: fatis inuictos videri, qui nec impune unquam violari, neque excidio deleri potuerint; non prudentiae modo, sed pietatis partem esse, fatis Aeneam ornantibus cedere. Dixit, cur ipse socius esse belli talis nolit: nunc pro auxiliis consilium dat; et pacem cum Aenea iungendam amice et grauiter suadet, quid enim pace beatius? quae bello infeliciter mutatur:

*O fortunatae gentes, saturnia regna
Antiqui Ausonii, quae vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetque ignota lacescere bella?*

Melioris esse consilii ostendit, non modo admittere pacem, sed vel petere; imo emere, conditionibus etiam non plane optabilibus

*Munera quae patriis ad me portasti ab oris,
Vertite ad Aeneam*

- - - Coēant in foedera dextra

*Qua datur: ast armis concurrant arma, ca-
uetē.*

Magnifica et splendida haec quies, quae alienae quieti studet; consilioque et candore plus quam

quam armis et ferocia amicos iuuat. Quare latinus Rex, vt erat moderatus et prudens, obsequi consilio destinat: nisi Turnus obturbasset, in quo hoc ipsum omen et pignus imminentis fati fuit, consilii tam probi auersatio. Sicut autem in priore Iouis exemplo, de potestate eius, qui socius armorum aut litis particeps esse abnuit, quaeri poterat: ita hic locum auctoritatis in hoc argumento miro poëtae ingenio videmus tractari.

Callidae quietis, et in turbas erupturae specimen est in Philippi Macedoniae Regis consiliis bello Punico secundo. In hanc enim dimicacionem duorum opulentissimorum in terris populorum, omnes reges gentesque animos intenderant, inquit LIVIVS, x) inter quos Philippus Macedonum Rex, eo magis, quod propior Italiae ac mari tantum Ionio discretus erat. Laetus ille hoc bello (primum id animi male quieturi argumentum fuit,) sed vtrius populi mallet victoriam esse fluctuans, postquam teritia clade Romani affecti sunt, ad fortunam inclinavit; et per legatos Hannibal's partes amplexus est eo foedere, cuius formulam POLYPIVS nobis conseruavit. y) Speciosa sane sunt vocabula, quae apud Trogum Pompeium

G 2

x) Lib. 23. c. 33.

y) Lib. 7.

Phi-

Philippus, finiendo cum Aetolis bello, praeferit. z) Sed historicus notat artem: Hoc praetextu, inquit, *finito cum Aetolis bello, nihil aliud, quam Poenorum Romanorumque bella respiciens, singulorum vires perpendebat*. Quamuis autem, ut dictum est, fortunae accessit, et potentiores sibi visus est amplecti partes, tamen ratio eum fugit, et euentus destituit: ut ad pacem, male relictam, tanquam ad sacram anchoram confugere adigeretur.

LIVII locum imitatus est in simili exemplo CVRTIUS. a) *Magnitudo belli* inquit, *quod ab opulentissimis Europae Asiaeque regibus (ALEXANDRO et DARIO) in spem totius orbis occupandi gerebatur, Graeciae quoque et Cretae arma commouerat*. Erant Graeci hoc tempore, animo et fide ambigui, et fortunam speculabantur: illa duce partes electuri, suisque utilitatibus occasiones captaturi. b) Notat illum animorum habitum et temporaria ingenia, hic ipse *Historicus*, quando decretum in concilio Graecorum memorat, ut duodecim legarentur ad Regem (Alexandrum,) qui ob res pro salute Graeciae ac libertate gestas, coronam auream donum victoriae ferrent. Addit enim:

z) Inst. 29. 3.

a) 4. I. 38.

b) 4. 5. II.

enim: *Iidem paulo ante incertae famae captiuerant auram, vt quocunque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur.* Igitur multi Graecorum in castris Darii militabant: cum videri interim vellent, nullo publico consilio id fecisse. c) Spartani vero, Macedoniae potentiae aemuli, non perlegatos tantum cum Dario consilia conferebant, sed contractis, qui ex Cilicia profugi domos repetierant Graecis, bellum Antipatro Macedoniae praefecto moliebantur. Cretenses, vtut infirmi, pacis odio, et turbarum amore, has aut illas partes secuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum praesidiis occupabantur. Abfuit his quoque consiliis calidioribus fortuna; multatique sunt belli malis, qui quietem pati non poterant. Victoria enim Antipatri non Spartam modo, sociosque eius, sed etiam omnes, qui fortunam belli spectauerant, fregit. d)

Quid de Achaeorum consilio dicemus? societatem belli cum Philippo Macedonum regre firmauerant. Romani, vt destituto Philippo, suam societatem inducerent, petebant. e) Philippus, inquit Achaeorum praetor, societas secum admonet et iurisiurandi: non postu-

G 3 iu nobis 35 lat,

c) CVRT. 3.13. 15. 4. 1. 39.
et 40.

d) CVRT. 6. 1. 16.

e) LIV. 32. 21.

lat, ut secum stemus, modo ne intersimus
 mis, contentum ait se esse. Nulline venit in
 mentem, cur qui nondum socii sunt, plus petant,
 quam socius? Exaggerat postea Romanorum
 vires, Philippi infirmitatem: Et subinde ad
 suos ita perorat: Nam quod Philippi legatus
 modo, tanquam medium et tutissimam vobis viam
 consilii, ut quiesceretis, abstineretisque armis
 ostendebat: ea non media, sed nulla via est.
 Etenim praeter quam quod aut accipienda, aut
 aspernanda vobis, Romana societas est: quid
 aliud, quam misquam gratia stabili, velut qui
 euentum expectauerimus, ut fortunae applica-
 remus nostra consilia, praeda victoris erimus?
 Vicit quidem oratoris auctoritas, Achaeosque
 a Philippi societate ad Romanos abstraxit.
 Sed ego rectius sensisse contenderim, si qui
 Achaeis quietem suassissent. Erant Achaei
 Macedonum beneficiis et veteribus et recentibus
 obligati, quod HISTORICVS sedulo annotauit.
 Quas ex Philippi ingenio iniurias metuere in
 posterum poterant, in incerto erant: aliaque
 aduersus hos metus consilia proponi videban-
 tur: plena aequitatis erat Philippi oratio, ut
 quiescerent, desiderantis: neque Aristaenus
 vera ac certa loquitur, cum dicit: aut accipien-

da,
 f) LIV. 32. 19. VII. (x)

da, aut aspernanda vobis Romana societas est, Prorsus enim credi potest, Romanos, qui non nisi ex discordiis Achaeorum, in spem societatis venerant, admissuros fuisse rationem iuris manifestam, si dixissent: Macedonum in nos sunt maiora merita, quam ut aduersus illos in acie consistere fas putemus, abunde facimus, si desinimus cum iis contra vos contendere; et neutras partes sequimur. At enim, Romani, inquis, non tulissent Achaeos ista cauantes, sed vim adhibuisserent quiescentibus. Potius existimari potest, futurum fuisse, ut ferrent haec Romani, et quiescentibus abstinentium iudicarent. Illud utique certum est, non debuisse Achaeos in re tam odiosa, ad ultimum exeundae societatis consilium procurare antequam Romani quiescentibus vim armatam intentassent. Aristaeni enim oratio, utilitatis specie nititur: iuris rationibus haud aeque intenta.

Si quis porro neutrarum se partium profitetur, bona fide debet id operam dare, ne quid faciat, quo alteri parti fauere, alteram odiisse merito suo credatur. Non impedit hanc, illam subleuet: non praestet illi, quod isti negat: sed aut neutram, aut utramque, nec-

necessariis rebus ex aequo iuuet. De qua re GROTI haec est sententia: g) Eorum, qui a bello abstinent, officium est, nihil facere, quo validior fiat is, qui improbam fouet caussam, aut quo iustum bellum gerentis motus impediatur. In re vero dubia, aequos se praebere vtrisque in permittendo transitu, in commatu praebendo legionibus, in obsecsis non subleuandis. Quod de causa habet, vix est, vt in usum deduci possit; Qui neutrarum partium vult haberi, neutras debet iuuare vel impedire; citra causae aestimationem: quae non periculosa modo, sed impossibilis est, in hoc quidem genere. Hoc ipsum studio partium dabitur, si hanc iuste, illam inique arma induisse iudicabis. h) Sumendum est hoc loco, quod alibi monet GROTVS, iustum bellum dici saepe non ex caussa, sed ob peculiares quosdam iuris effectus. Mediis iustum vtrinque bellum videri debet, cui misceri nolunt: aut vtrinque iniustum. Si iniustum vtrinque, aut ex altera parte iis videbitur; non iam medii existimabuntur, qui partium vnam, aut omnes damnare sustinuerint. Relinquitur ergo, vt intra animum sentiant aut iudicent de iniustitia belli, minime autem aperiant mentem, et signifcent,

g) I. B. 3. 17. 3.

h) 3. 3. 1.

ficent, nisi periculis partium velint inuolui. Vnicus est modus, si quis dicat inter Christianos: Ego Christianis nefas esse duco bellare; itaque neutris partibus adiungi possum. Verum id quoque inter ea est, quae accidere, cum serio agitur, nequeunt. Nihil tutius igitur, ad quietis fidem, quam seponi illam quaestione de iure bellantium, et quantum ad hoc propositum, iustum bellum haberri, quod geritur. Mihi enim haec tenus iustum est, de quo dubitandum aut disquirendum mihi esse non iudico. Validior fiet is, qui improbam fouet caussam, si commeatus ei pretio suppeditaueris, si transitum dederis. Ergo haec iustum bellum gerenti praestanda sunt, id est, alteri parti. Iam non eris medius, si vni praestas, quod alteri negas: cum haec iure exigant partes bellantes a mediis, ut vtrisque neges, aut vtrisque annuas: neque tibi eam relinquant libertatem iudicandi de causa, aut dubitandi.

Iam de transitu permittendo dispiciendum est: de quo GROTIUS ⁱ⁾ etiam alibi agit. Vbi itidem distinctionem belli iusti ac iniusti, mediis, ut tales sunt, prodesse non posse existimauerim. Potius autem discriminem in

H rebus

ⁱ⁾ I. B. et P. 2. 2. 13.

rebus ipsis quaesiuem. Sunt enim quaedam eius generis, ut medii vtrisque partibus ea concedere debere videantur: aliorum diuersa est ratio, quae rectius vtrisque denegari posse dixeris. Prioris generis sunt commeat-
tus, et res necessariae sine quibus ne viui qui-
dem potest: ad posterius, transitum armatum
retulerim: neque dubitauerim, naturam has
res ita discernere, ut illic plus fauoris, hic plus
ad odium momenti repositum videatur. Sed,
quid gentibus placuerit, aut hodie placeat,
animaduertendum est. Constatre autem inter
omnes arbitror: neminem hodie reperiri,
quin putet, pacatos mediosque vtramque bel-
lantium partem transitu armato iure prohibe-
re posse; siquidem vim non metuant, id quod
consilii est, non iuris. Ex altera parte non
minus indubium est ac certum: neminem bel-
lantium ambigere, quin transitum denegatum
vi liceat aperire, armisque vindicare, aut astu
penetrare. Haec sententiarum diuersitas no-
bis persuaderet, ut credamus, gentes quaestio-
nem iuris muta dissimulatione transmitti (nisi
quod obtentui sumuntur ista, aut suasoriis ad-
hibentur) et ad pactiones deduci rem totam
voluisse. Conuentionibus certe et transacti-
onibus, non iuridicis disceptationibus, omne
peten-

petendi aut concedendi transitus negotium vi-
demus confici. Agnoscas eum, quem dixi ho-
die obtinere, animorum habitum, iam olim
in Heluetiis et Caesare. Illi enim, *Allobrogi-*
bis sese persuguros existimabant, vel vi coactu-
ros, ut per suos fines, eos ire paterentur: Cae-
sar k) autem, negat, se more et exemplo populi
Romani posse iter ulli per provinciam dare, et si
vim facere conentur, prohibitum ostendit.
Vbi autem vtraque pars aequam sibi annuen-
di et abnuendi libertatem vindicat, naturalis
rei exitus non ostenditur aliis, quam per con-
ventionem et pactionem.

Non multo aliter forte iudicandum es-
set, de negotiationis et commerciorum iure
pacatis mediisque ciuitatibus inter partes bel-
lantes libero, quam quaestionem GROTIUS ¹⁾
ad ius naturae ideo referendam ait, *quia ex*
historiis nihil comperire potuerit ea de re iure
voluntario gentium esse constitutum. Ex iis
tamen, quae in *Annotatis* plena manu cumu-
lat, et aliunde, satis apparet, gentes existimas-
se, liceri sibi commoda hostium ex mercimo-
niis cum pacatis populis, interuertere: quae
licentia neque naturae iure vsquequaque re-

H 2

pu-

A) IVL. CAES. de bello Gall. ¹⁾ I. E. et P. 3. 1. 5. et
6. et 8. Annot.

pugnat, nisi quod in modo cautionem id dicat. Interdum enim modeftius, interdum violentius suo iure vti videbantur bellantes, prout consilii singularis, aut perturbationis, animi mouebat instinctio. Esse enim ab iniuria mediorum et pacatorum abstinentium, dubio caret. Sed si monentur, si rogantur, ne intercedant iustis armis, nec desistunt moniti rogatique; tam liberum sibi esse volunt bellantes, vi prohibere commercia, quibus hostis inualefecit, quam pacati illi liberum sibi esse cupiunt, mercimonia sua citra aliena arbitria tractare. Vt rursus ad pactiones resistendre videatur. Consultissimum certe fuerit, conuentionibus ista definire, si modo conueniri potest. Anno superioris seculi LVI. Gustauus I. Sueciae Rex, m) literis significauit Regi Daniae Friderico, quomodo bello cum Russis inuitus culpa magni Ducis Moscouiae sit implicitus. Quum autem Angli nouum et inuisitatum per mare glaciale, vt vocant, iter in Moscouiam ad portum s. Nicolai sibi aperuerissent, praeteruecti Noruegiam: quod omnibus circumiacentibus regnis, sed et maris Baltici accolis et ciuitatibus inaestimabili damno futurum sit, dum omnis generis vetita bellica instrumenta

m) LOCEN. biss. Suec. lib. 5.

menta et arma ad Russos deportarent, quibus contra Christianos nimis muniri, et ad exemplum Turcicae potentiae per Asiam et Africam elatae, etiam imperium in Europam affectare possent. Proinde se amicis desiderare, ut Rex Fridericus et suo emolumento tuendo, et aliorum Christiani nominis membrorum ingenti detrimento amoliendo, istum nauigationis cursum Anglis praeccludere velit. Eodem, et communium commerciorum nomine ad Reginam Angliae (Mariam) misit. Sed ab ea responsum accepit: se suis subditis libertatem nauigandi, quo velint, ex privilegio natus, inhibere non posse. Velle nihilominus armorum inuestionem in Russiam prohibere. Quod tamen factum non est, nec de mutuis commerciis certi quid responsum. In eadem historia Suecica Rex Iohannes II. cum Ste-
none Sturio bellum gesturus, Lubecenses, ce-
terasque foederatas vrbes admonet, ut tantis-
per quiescant, nec in Sueciam arma, commea-
tum, aliaque bellis necessaria importare velint.
Ad Lucecenses: n) Cum merces suas, magnam
partem facultatum et negotiationis socios in
regno Sueciae passim haberent, non absque in-
genti fortunarum suarum dispendio, istius loci
commerciis abstinere posse, se neutri parti ad-

H 3

di-

n) LOCCEN. hist. Suec. lib. 4. p. 148.

dictos, ob regum discordiam, libero commerciorum et nauigationis usu, iure gentium recepto, priscisque privilegiis arceri, contra ius et fas fore. Orare igitur, ut Regis cum gratia sibi in posterum quoque iure suo frui liceat. Sed Rex Iohannes mox naues eorum in Sueciam cursum tenentes armata manu intercepit: neque restituit. Hinc dissidium. Pactionis, quam laudaui, nobile est exemplum in foedere commerciorum inter Gustauum I. Sueciae, et Franciscum I. Galliae, Reges ante annos centum inito, cuius articulo VI. habetur: *Omnibus Sueciae subditis liberum erit, o) cum nauibus suis, mercibus et commerciis proficiendi ad Galliae hostes et inimicos, eorumque portus, regiones et terras, ubique eis commodum videatur, subsistere et commercari, abire et redire, quando volent: ita ut ea de causa non dicantur violasse pacem aut mali quid eis inferatur a Tra- cis. Et ut Sueci tempore belli commercia eo tu- tius et absque omni molestia exercere possint, dabuntur illis literae tuti commeatus, quando- cunque desiderabunt. Quinimo inter ipsos bel- li socios, si societas, limitata sit ad certa bella consiliaque, quaedam a bello quies, quemadmodum medii optant, constituitur. Ita foedere, quod inter*

inter Suecos et Belgas anno 1645. conuenit,
et sequenti confirmatum est, cauetur, articu-
lo quidem VI. vt neuter confoederatorum ho-
stem, qui nunc in praesens hostis est, aut dein-
ceps enasci poterit, consilio, ope, pecunia, com-
meatu, milite, nauibus, nautis, armis, puluere
pyrio, aut munitionibus, ullisue bellicis rebus
aliis iuuet. Articulo autem sequente, VII. ad-
ditur. Licet vero neutrī confoederatorum lici-
tum sit, hostem sui confoederati, dictis priori
articulo rebus iuuare: id tamen ita erit inter-
pretandum, vt nauigatio atque usus commercio-
rum liber sit, subditis cuiusque, cum hoste foed-
erati, qui alia de causa, quam ob hoc foedus,
bello cum foederatorum altero fuerit immixtus,
vt salvo hoc foedere, subditis eius, cui bellum
non est, libere liceat nauigare, et commercia
sua, quaecunque exercere cum subditis hostium
dicti foederati: Hoc tamen excepto et reser-
uato, vt si quis vel urbem, vel munitum
quocunque aliud seu iusta obsidione aggredia-
tur, seu circumsedeat, animo, in suam potesta-
tem cogendi et adigendi, aliter confoederatorum
tam diu suspendet nauigationem in ea loca, at-
que commerciorum usu abstineat, subditosque
suos iubeat suspendere et abstinere, donec illa
vrbis vel munitum, vi aut pactis occupatum,
vel

64 OBSERV. DE QUIETE IN TURBIS.

*vel occupatione desperata, obsidio aut circumse-
fio solitae fuerint. Quae hic communis fo-
ederatorum vtilitas dictauit, valde accedunt
ad aequitatem iuris naturae, mediis quoque
et quiescentibus indulgandam.*

Pace, quae anno huius saeculi quarto Hi-
spaniae inter et Angliae Reges conuenit, id
sigillatim et subtiliter cautum est, vt Britan-
ni neutras partes fouerent in bello, quod Hi-
spani cum Foederatis Belgii ordinibus gere-
bant: p) eiusque quietis et mediae conditio-
nis, siue fructu siue iure gauderent, quod ita
fere designabatur, describente HVGONE GRO-
TIO: *Hostes rebellesque alterius alter ne iu-
uaret, neue iuuari a suis pateretur: attamen
priuatorum facta in ipsis vindicarentur, pace
publica incolumi. Elissingam et Brilam, (quae
oppida, vt Austriacae ditionis restitui Archi-
duces petebant) per pactorum fidem negabat
se Britannus, Hispano posse tradere: interim
milites, qui ista oppida seruarent, impermixtos
bello fore. Pacandi Batauis una operam da-
rent: si quid esset more, saltem ut commeatu-
ris inter se Belgis Anglisque iter patesceret.
Britannis Batauicas merces in Hispaniam, Hi-
spanicas in Batauicam vectare interdictum. Ex
eo-*

p) Hist. lib. 13. add. 1 H V A N. lib. 131.

eodem iuris fonte subinde Bataui, cum Rege Iacobo egerunt. Postulabat a Batauis; ne prohiberent Britannos c mari intrato Scalde Antuerpiam subuehi, solitis vectigalibus, quanta ciues penderent. Illi vero excusauere, ostensio haud iniuria institutum sibi, ne quis ad hostes, nisi mutatis nauibus, peruaderet: quo certius cuncta explorarentur: nec aegre feren-
dum, si possesto a se flumini legem imponerent, cum Hispani etiam maris vias amicis auderent prae-
cludere. Qui haec inter se ad illum, quem di-
xi, modum statuerunt, non crediderunt cer-
te, fauorem commerciorum ipso iure tantum
esse, vt omnis ratio militiae et status bellanti-
um, debeat libertati eorum cedere. Cuius
generis infinita sunt exempla.

Sicut autem, qui neutras partes sequuntur, sedulo operam dant, ne actionib[us] eorum mili-
taribus misceantur: ita nec bellantibus fas est,
in pacatis locis ac regionibus iuri quietorum
subiectis, suas offensas exequi. Quae res crebra
disputatione agitata est. Cum anno huius sae-
culi quinto, Belgicae naues Hispanos apud Do-
berniam adortae essent, Dobernienses, dum mari
pugnabatur, (GROTI q) verba refero) spet-
tatores, mox irati, bellum solo suo importari (in
portu enim constitutos Hispanos non cessabant

I

infe-

q) Hist. lib. 14.

infestare Belgae) globos ex arce iaciebant propter hostibus in amicos veteres. Bataui ob haec ausa criminantibus postea Britannis responsum, non quaestas a se Britanniae in fluminibus naues, quod tamen impune Dunkerkani fecissent; sed calentem victoriae impetum hostem magis suum, quam terrae marisque confinium respexisse. At ipsi baud aequa facile purgabant, quod specie scrutandi Anglos, qui contra Regis edictum mari militarent, baud ita dudum naues Hispanicas, partam Batauis praedam, suum in littus pertraxerant, datisque pro legato Philippi (Hisp. Regis) vindiciis, vim belli eluserant per iuris imaginem. Non reperit aliud, quod pro Batauis suis diceret Grotius, quam ut excusando victoriae impetum, culpam fateretur; et paria a Britannis peccata ostendendo, litem lite resolueret. Est recentius huius disputationis exemplum in praelio anni 1639. quo Martinus Trompius Hispanorum classem in Dunis Britannicis expugnauit, cepitque. Quam victoriam celebrans BARLAEV^S, r) in hostes culpam confert, eadem excusatione, adeoque confessione defungens, quam modo GROTIUS. Postquam inquit, cauisset Trompius, ne mandato et obtento Britannici Regis in stationem istam iuri, teme-

r) Orat. paneg. deuict. Hisp. classe.

temere contrauenirent sui, prior ab hoste impetus, et uno ex suis desiderato, sine faciali classicum cani imperat, dum spectator, pugnae Britannus cum nauium parte extra partes manet. Subinde: Serenissimus Rex Carolus, foederis sui, quod sacrosanctum habet, memor, classis suae praefecto quietem imperavit, et laudatissimo exemplo Hispaniae simul Patribusque, eundem se, durante conflicitu, praebuit misertus ad extreimum quarundam nauium Hispaniarum, quas a tanto naufragio in suos usus seruavit. Iterum: Ambiguos habuit ciues vestros, non vos, an ista rerum facie, illo loco, ubi Dunnæ Britannicae sunt, et quem veneranda Brittannorum maiestas sibi ut proprium vendicat; iustum esset, hostem inuadere. Verum, liceat liberum verbum in libertatis regno effari. Necessest, Patres, ante rationem est, maxime in bello; quo raro permittitur, pugnandi tempora ad clepsydram exigere, et loco conflictus decempeda anxie definire. Conclusæ haerebant Hispanicæ naues, in Albionis statione, sub Regis summi, ut videbatur, patrocinio, ut quantum in nobis esset animi, ob metum regiae maiestatis experientur. Haud dubium, si neglexissetis Hispanum, arma nobis trans mare inferentem, contemti et Britanno et ipsi Hispano

I 2 gled. nov. III illa. Cet

*et finitimus fuissimus. Nunc postquam laesi
primum, inuictis, et inuictos vos pernicie ho-
ustum probastis, quis dubitabit patere victori-
bus maria? Quae oratoriis fere coloribus ad-
ornata, IOHANNES a SANDE ^{s)} apertius
et citra dissimulationem refert. Fatetur
Thalassiaracham, Anglorum Ioh. Penningtoni-
um, monuisse Trompium, ne quid in Baiis
regiis auderet: mandatum enim sibi a Rege
suo, ut aduersus primum aggressorem, cum
oppugnatis staret. Hispanos subinde initium
fecisse, emisso in vela celocis Trompianaे glo-
bo; iterum, glande prostrato de sociis naua-
libus uno in naue Belgica: cuius cadauer ad
Penningtonium misum, probandae offendio-
nis ab Hispanis coepitae, et exigendi contra
primos iniuriae autores auxili. Rem Penning-
tonio neglectam, suspectos fecisse Anglorum
animos: itaque Trompium, acceptis de pu-
gna mandatis, viginti et octo nauibus, quibus
quatuor incendiariae adiunctae erant, nego-
tium dedisse, vt certamine orto classem Angli-
cam obseruarent, si quid illa moueretur: a
Penningtonio autem literis sub initium pugnae
contendisse, vt vel Belgis primum infestatis
auxiliaretur, vel certe pugnantibus non inter-
ueni.*

^{s)} Epist. Histor. Belg.

ueniret. Additur quidem interpretatio de-
nuntiationis Penningtonii, tanquam violata
ab Hispanis Anglica statione, ex ipsius Regis
Angliae mandato et voluntate Belgis ius pu-
gnandi natum eslet: non sine dubitatione ta-
men, de voluntate Regia. Sequitur enim
clausula: *Si vero suae maiestati haec actio non
arriserit, clementia nobis factum condonabit.*
In quibus verbis, confessio satis clara, alicu-
ius facti, solo euentu iudicandi. Nisi enim
aliunde subeslet Belgis spes, Britannos belli
huius turbis inuolui nolle, forte minus libera-
liter mandata Regia interpretati esent. Cum
praesertim Hispani factum excusasset: neque
id tanti esse videretur, vt nonnisi praelio ex-
piari posset. Insignia sunt, quae concessit, iu-
ri Anglo aduersus infestationes mutuas ex-
teriorum in aestuariis, sinubus, portibus, et
Regiis in mari Cameris tuendo, IOH. SEL-
DENVS in *Thalassocratico lib. 2. cap. 22.*

Videri quidem posset hoc ius aduersari-
iis, quae ante dicta sunt, de non impediendis
actionibus militantium partium: sed manife-
stum est, ius infestandi hostis in iusta etiam
militia restringi, et limitibus quibusdam in-
cludi, per imperium et dominium loci pacati.

Licebit tibi ius tuum persequi, in tuo solo, in hostili solo, in solo nullius, in mari, quatenus id extra imperium cuiusquam est: non in portu, cuius ius sibi vindicat aliquis populus; non in solo pacatorum populorum iuri subiecto. Quae ultra tendunt, figurate dicta putabis: sicut bene explicat GROTIUS.^{t)} Facta quoque in contrarium adducta, non imminent auctoritatem iuris gentium, sed vel de iniuria testabuntur, vel infirmitatem aut patientiam, gentium pacatarum ostendent. Solet equidem euenire, ut admisso in pacatas terras hoste, qui arceri poterat, altera pars non immerito sequi se posse, et bellum eodem transferre, opinetur. Neque est, quod valide dici contra queat. Euenit tamen, ut haud aeque in expedito sit illa dubitatio. Spectemus exemplum, detraictis nominibus, obsessa pars hostilium copiarum, cum inopia rerum ad dedicationem vngeretur, per pacati inducitis populi fines fuga evasit. Non ausus est fugientes persequi dux obsessor, reuerentia pacati foedere induciarum loci. Licet enim induciae non tollant bellum, sed differant: effectu tamen pro pacatis habentur terris, quibus ea pactione quies certi temporis parta est. Quid si dux

^{t)} I. B. 3. 4. 8. et 3. 6. 26.

Si dux obsessorum exemplum fugientium fecutus, eadem rapuisset victrices copias? pacati ha-
etenus soli domino, aequo aduersis utrumque quaerela nasceretur. Sed an Principi suo po-
tuisset excusare, qui absque mandato voluisset
veloci transitum a pacatis hosti permisum,
valde dubito. Prudens quidem dux, nun-
quam temere fecerit, quod an probaturus sit
Princeps, dubitat. Disceptata subinde res est
literis, incusatique sunt, per quorum fines iter
fugientibus patuerat. Responderunt illi: se
petentibus transitum negasse, praeterque suam
opinionem factum, quod ausi nihilominus es-
sent fugientes id iter rapere. Sed nec impe-
diri eos tam subito a se potuisse. Geminatae
sunt literae ab altera parte, denunciante sum-
mo duce, pro ruptis habitum iri inducias, si
iterum hostibus illac via pateret; fecuturis
eodem iure, copiasque in ea loca, quae hostis
peteret, translaturis, quibus cum induciac par-
etae erant. Opponebatur in vicem huic de-
nuntiationi sanctimonia foederis induciarum,
propositique de non rumpendis induciis since-
ritas, qua salua, fieri possent interdum apud
fines parum munitos, quae nullo consilio do-
minorum loci votoue iuuarentur. Sed haec
quidem inter duces et summos rerum admini-
stros

stros disputata sunt: stetitque induciarum de cetero pactio.

Pergendum est ad similes quaestiones, quid licet in solo pacatorum, siue in solum pacatum. Quamuis enim pacati populi latius dicantur, quicunque bello sunt impermixti, etiam longissimis disiuncti interuallis; medii autem, quos vel situs periculis belli admouere videtur, vel postulata bellantium, de societe interpellarunt, vel foedus cum bellantibus de non iungendis armis initum, quiete donauit: pacatorum tamen vocabulo hic medios intelligi, signarique nil prohibet. Iactatur ergo faepius apud bellantes, titulus *necessitatis* siue *ius necessitatis*, ut GROTIUS, u) aut *ratio belli*, sicut hodie loquuntur. GROTIUS ita statuit: *Ei, qui prius bellum gerit, licere locum occupare, qui situs sit in solo pacato; nimirum, si non imaginarium, sed certum sit periculum, ne hostis eum locum inuadat, et, inde irreparabilia damna det; deinde si nihil sumatur, quod non ad cautionem sit necessarium, puta, nuda loci custodia, relicta domino vero iurisdictione et fructibus: postremo si id fiat animo reddendae custodiae, simulatque necessitas illa cessauerit.* Atque hoc ius deducit GROTIUS, tan-

u) I. B. 2. 2. 16.

tanquam post introducta rerum dominia reliquias, ex veteri illa communione, quam principio capitis adornare non dubitauit, destruētam graibus argumentis a doctissimo STRAV-
CHIO in dissertatione de imperio maris. x) Bene de reliquo factum, quod auctis limitibus rem odiosam constringendam iudicauit. Quo accedit et illud, paulo ante dictum: y) *Ius* hic esse non plenum. Reuera enim haec in iis habenda sunt, quae non sunt sine culpa et in iuria, sed recepta fere gentibus consuetudine, dissimulantur, aut casibus belli condonantur. Nam quod non nemo hic de *commutacione spontanea*, sciente domino pacati soli facta, finit, praeter rem nostram est. Neque enim pro medio se gesserit, qui suo consensu ab alterutra parte bellantium suerit occupari locum in solo suo situm. Magna nobis copia esset memorandi exempla harum disputacionum ex bellis huius saeculi Germanicis. Nihil illo titulo, et simulacro iuris frequentius: sed altum de limitibus positis, et temperamento aequitatis modo descriptae, silentium. Neque enim vel iurisdictio, vel fructus, vel necessitatis obtentu, facta rerum commutatione, cessante, restitutio, verum dominum sequen-

K

ban-

x) Cap. I. §. 6. et 2.

y) I. B. 2. 2. 9. I. (s)

bantur. Ut ab hostibus capta, non nisi finito bello, et interuentu pactionis, reddi vidi-
mus, quamuis pacato in solo occupata. Quan-
tum ad illum metum attinet, ne hostis occu-
pet locum, primo videndum est, an non pos-
sit impediri hostis, ne occupet: deinde, quia
sine iniuria id facere hostis non potest, an imi-
tari et praecipere propositum inferendae pa-
catis iniuriae fas sit, exquirendum est; Non
male enim hoc adferas, quod alibi GROTI-
VS z) monet: *Aduersus incertos metus, a di-
uina prouidentia et innoxia cautione, non a vi
praesidium petendum est.* Vere ista, sed, ut
mores et homines sunt, plerumque frustra di-
cuntur.

Dubitabile enim haud raro redditur, quod
reuera indubiae aestimationis est. Quaesitum
meminimus, an hostis quidem nostri, sed
pacatas vi alterius pactionis atque exceptas
bello regiones, inuadere et occupare liceat?
Res ipsa loquitur, non licere, quin eadem ope-
ra rupta censeatur pax illa altera, quae illas
regiones bello inaccessas praestabat. Vnde
et consortibus pacis, ad conseruandam eius fi-
dem, mutuo nexu adstrictis, iure maximo tue-
ri regiones illas armis, vimque vi depellere li-
ceret,

z) I. B. 2. 1. 17.

ceret, nisi quod deliberatio de armis quamquam iuste sumendis, moras trahere, et maiora audentibus metum demere fere solet.

Quod si de pacato populo aliqui intra praesidia hostium sunt ante bellum eo profecti; tum *post modicum tempus, intra quod discedere potuerunt, iure gentium pro hostibus eos haberi posse*, GROTIUS a) censet. Intellige, si non retenti sunt praeter suam voluntatem apud hostes. Quod vel ita fit, ut opera eorum militari hostis vtatur; vel ea non vtens, aliis de caussis dimittere eos nolit. Qui operam militarem ipso actu praeferat, et arma con patitur in impetu belli, non inopinabili ratione. Neque enim in punto temporis diuidari possunt, quibus temperamentum iuris bellici suadetur. Extra actum militarem apud hostes in castris et vrbe capta deprehensi, merito fruuntur illo temperamento, quod GROTIUS b) alibi commendat. Quod in Academiis ad studiosos, etiam cum sub signis ordinati, extra actum tamen militarem positi, deprehenduntur, pertinere debet. Musis enim neutras partes sequi, suo iure licet. Si tamen sponte quis sua illo se priuilegio quietis priuauerit,

K 2

uerit,

a) I. B. et P. 3. 4. 7.

b) I. B. 3. II. 10.

uerit, animumque et impetum hostilem induerit, iam non ut literarum, sed castrorum se-
ctor habetur.

Eiusdem generis est, quod de rebus apud hostes quidem repertis, in vrbibus aut intra praesidia eorum, sed quorum domini nec hostibus sunt subditi, nec hostilis animi, GRO-
TIVS c) annotat et explicat: *bello eas acquiri non posse.*

Facit quosdam medios ratio foederis, cum altera bellantium parte vel vtraque initi; sed quod ad societatem belli non obligat. Tum enim bellantes, si impetrare non possunt auxilia, id saltē suo iure videntur postulare, ne contra suas partes aliquid moueant, aut foedera noua, sibi nocitura, ineant. Ita Rex Galliae Carolus, Ludouici XI. filius, in Italia bellum gerens, Venetis per legatum, qui haec describit, demonstrauit: d) Per illud foedus,
quod et secum haberent, et quod cum parente suo fecissent, non licere ipsis, quoquo modo Gal-
lorum aduersariis adeste et Regem simili condi-
tione ipsis deuinctum teneri: multo minus et-
iam licere ipsis, iniire foedus illud, de quo tunc
frequens admodum rumor increbuerat: quod

c) I. B. 3. 6. 5. et 6. et 26. de bell. Neap. lib. 2. interp.
d) PHIL. COMINAEVS Sleidan.

Si faciant, discedere ipsos ab eo, quod conuenient, et violari pacta. Sed Veneti ad solitas simulationis artes conuersi, et in Turcam parari id foedus causati, non prius aperte agendum sibi putarunt, quam cum foederis pactio penitus esset confecta. Quaesui huic historiae locum, quia nobilibus huius disputacionis momentis conseritur. Veneti enim, cum crederent, fieri non posse, ut Galli in Italia multum procederent, amicitiam prae se tulerunt, neque quicquam ipsis aduersum se moturos, quin bona officia praestituros, confirmarunt. Sed, vbi successus Gallorum metum ipsis incussere, statim apparuit voluntas; et persona parum sincere quiescentibus detracta est. Callida haec quietis et amicitiae ostentatio nec laudem habere potest, et ex inuidia periculum simulatoribus ingens creare solet. Nisi quod viribus confidunt, qui iure gloriari non possunt. Quod in rumpendo foedere, rem sancta, amplius etiam intelligitur. Quid enim visitatius, quam foedera sanctissimis formulis contracta, ut primum utilitas communis, solum scilicet pro moribus temporum vinculum amicitiae, mutari coepit ultra rumpi, et in contrarium mutari?

K 3 Quae-

Quaeri ergo hic potest, quid liceat in medios, qui vel vacuum studio partium animum ostentant, per occultas tamen molitiones alterutri aut utriusque aduersa straunt: vel foederati alteri, aduersarii eius clam student: vel utriusque foederati, diuersis studiis, hunc adiutum, illum depresso cupiunt. Primum omnium, nihil suspicionibus, in re tanta, et argumenti odiosi, statuere oportet. Quod si autem rerum testimonia, non sinunt dubitabilem esse animum eiusmodi hominum, stolidum sane fuerit, verbis potius, quam factis credere. Id quod CICERO e) differit amplius apud DIONEM CASSIVM. Hostium itaque loco habendi, ac si facultas datur, persequendi, puniendique veniunt, *qui amicitiae specie fefellerunt*. Nisi quis altiore magni animi proposito, de iure suo cedere, quam bellis implicari malit. Quae consilii quaestio est: et a momentis euentuum belli pendet. Modo enim bello intenti et hostibus oppositis, conniuere ad ista, aut veluti surdo auditu, quamuis magna transmittere coguntur: modo apud fores eiusmodi simulatorum constituti, variis rerum verborumque imaginibus se deludi sentiunt: modo finito bello, nouis discordiis non est

e) lib. 45.

est locus; vel, quod abolita fraudis memoria inclusi sunt pace illi ancipites amici, vel, quod alia ratione muniti vim non metuunt: Quomodo autem interim, cum iis agendum? Plerique iisdem artibus petendos existimant, quibus alios decipiunt. Hinc negotiationis et legationum species saepe producitur, donec ex improviso arma in subdolos conuertantur. Maioris animi ridetur, arguere artes et exprobare: quo modo nonnullos pudor aut metus emendauit. Nisi quod necessaria interdum dissimulatio, securitati potius, quam vlationi consulendum dictat.

Illis porro, qui mediis sunt, praecipue id datum negotii creditur, ut discordantes ad pacem et confessionem temperare summa ope studeant. Ac interdum quidem concessa patetis quies, sane additam legem habet, de opera reconciliandis sibi inuicem bellantibus serio et diligenter, sumenda. Vbi autem disertis verbis de ea re nihil conuenit, specimen tamen animi bona fide quieti, ceu propria mediis virtus, in eo ponitur, si de reducenda apud dissidentes pace, indefesso sibi studio contendendum existiment. Qui lege siue pactione mediis sunt, illis, si vel maxime vellent, non sem-

semper integrum est, negotio tam arduo manus admouere, si praefertim sint minus potentes, aut validae auctoritatis. Sed qui de cetero extra partes sunt, praefertim Christiani inter Christianos, merito suam operam in reconcilianda pace offerunt, praestantque. Quae nec facile repudiatur: nisi constet eum, qui has partes suscipere vult, verbo quidem utrisque, re autem vera alteri parti studere; alterius commodis et causae aduersari. Erit ergo officium eorum, quos sequestres, internuntios, vulgo parum latine mediatores vocant, ut mature bellantium iras interpellent; neque expectent, donec caedes caedibus, damnna damnis cumulata fuerint. Deinde, ut aequos se utrisque praebeant, in quantum manifesta causae momenta patiuntur. Denique, ut prudentia sua et moderatione, quae nocitura sunt negotiationi, praeuertant, extinguant, minuant; validis rerum argumentis utrantur; minis et obiurgationibus abstineant. An addemus, ne suis commodis inter pacificandum studeant? Frustra id quidem, et inique a se id peti, iudicauerint. Ut enim hodie saeculum est, vix serio pacem allorum amant aut procurant, nisi qui suas inde utilitates sperant. Finge,

Finge, abesse hoc propositum; non aberunt certe studia animorum, occultae aemulaciones, spes metusue, perpetua animorum consiliorumque inter homines intertrimenta. Quia ergo pax et bellum aliorum, multis in quaestu esse solet, factum haud raro videmus, ut partes bellantes plane non admitterent eiusmodi proxenetas: vel, suasorias quidem pacis et cohortationes admitterent, negotiationi autem pacis neminem alium admouerent. Quae-ritur, an sine iniuria offerentis, talis opera recusari possit? Quidni? Quaelibet enim ciuitas, suarum rerum arbitria ita sibi vindicat soli, ut aliis interuenturis vel viam claudere, vel limites ponere, suo iure possit. Absit modo superbia, et contemptor animus: quo irritari plurimum solent, quorum auctoritas spernitur. Consilio enim opus est et cautione, ut animaduertas, quid, cui, quomodo negatum eas. Sicut et in ipsa negotiatione, si nihil proficitur interuenientium auctoritate, offensio grauissima contrahiri potest.

Vt arbitratores, aut arbitri compromisarii adsciscantur medii populi principesque, superiore saeculo nondum desitum, magis magisque in desuetudinem abire videtur. f)

L

Ratio

f) GROT. I. B. 3. 20. 26. et 2. MODUS

Ratio non est in obscuro. Ita enim plerarumque ciuitatum commoda et incommoda mutuis studiis propositisque, clam palam sunt implicita ac permixta; ut vix securō animo eligeret velint bellantes, cuius statum animumque nihil praeter alienum bonum spectare credant. Nisi quod in parte negotiationis de pace institutae mediatoribus, quos vocant, quedam committi ratio est, ut quod aequius melius videtur, definiant. Reperiuntur pacta inter certos populos, quibus controuersiae forte oriturae ad arbitros reiiciuntur. Satiusne est tum, nominatim designari Principes, an delectum tempori reseruare? Vtrumque factum nouimus. Posterioris moras trahere potest, et difficultatibus implicari: nec prius, propter fragilitatem et crebras commutaciones rerum humanarum, plane videtur vacare periculo. Quare multo prouisu futuri, et solerti cautione versandum est in illa consultatione. De arbitris oblatis, nec receptis, vide re licet *Camdeni historiam in anno 1600. part. 4.*
Elisab. pag. 768.

Conatus eludendi arbitrii in Bononiensisibus apparuit, qui, cum anno Christiano 1249. cum Mutinensibus ^{g)} pacem fecissent, contro-

uer-

g) SIGON. de regn. Ital. lib. 18.

uersia de Friniano, quod vtraque ciuitas sibi vindicabat, ad arbitros reiecta est. Itaque XIII. kal. Ian. octauiano Cardinali, et Iacobo Episcopo Bononiensi praesentibus, ciuitatis utriusque procuratores certa interposita poena compromiserunt in Hugonem, (Sanuitalem, nuntium a Parmensibus ad id missum) et arbitros a communi Parmae datos, de omni lite, quae inter Bononienses et Mutinenses, super Friniani possessione posset existere: iurantes se staturos sententiae arbitrioque communis Parmae: quod praetor aut alius rector urbis eius tulisset. Tergiuersati sunt, quamquam interposito iureirando arbitris litem submississent, Bononienses: b) et post quintum annum nondum possessio Friniani redditia Mutinensibus erat, (verbo SIGONII refero) cuius rei iudicium ad praetorem Parmae ex compacto reiecerant. Itaque VIII. kal. Iunii Gibertus praetor Parmae nuntiis Bononiam missis, Ricardum praetorem, Antianos (Magistratus hic tribunis plebis comparatur) Consiliumque rogauit, vt aut Frinianum Mutinensibus remitterent, aut procuratores Parmam ad respondendum Mutinensibus mitterent. Quare audita Bononienses primum a Mutinensibus per legatum postularunt, vt iura sua

b) Id. lib. 19.

sua apud se potius quam Parmae exponere, et
Frimianum suo potius quam alieno recuperare
beneficio vellent, et cum nihil impetrassent,
XVII. kal. Iulias Parmam missō nuntio Giber-
tum, practorem orarunt, ut arbitrium pronun-
tiare differret; Verum cum rogatus nuntius,
num mandatum ad respondendum haberet? se
habere negasset; neque arbitrii dilationem po-
stulare posse, iudicatus est. Instante dehinc
Mutinensi, iterum monitus est Ricardus, de
mittendo ante certam diem idoneo procura-
tore. Quae cum aduentaret, Bononienses ad
nouas artes conuersti Mutinam miserunt peti-
tum: ut Mutinenses diem iudicii prorogari pa-
terentur, ac procuratorem, quem Parmam mi-
serant, reuocarent, nam se comiter per commu-
nes amicos transfigere velle. Additae sunt blan-
ditiis minae, quibus ex pacto iuberentur Mu-
tinenses diruere castra citra scutemnam. Qui-
bus peractis Parmam iussus erat ire nuntius,
dilationeque arbitrii rursus petita, locum tu-
tiorem Bononiensibus postulare, quibus iter
Parmense a Regiensibus haud satis securum
esset. Instante autem Mutinensi procuratore,
ut primo quoque tempore pronuntiaretur, Bo-
noniensi vero diem largiorem ac locum tutum
ad disceptationem causae postulante, GIBER-

TVS

TVS interfatus tertiam ab eo diem constituit,
quae ubi illuxit, petitionem Bononiensem de lo-
co tuto praestando reiecit, inquiens, legatos Bo-
nonienses, alias venisse secure, et fidem a Regi-
ensibus impetrare haud difficulter posse, aut per
limites remotiores tuto transire. Quo respon-
so Bononiensis confusus, iterum concilium gene-
rale et speciale poposcit: cumque ibi eadem i-
terasset, praetor eius petitionem repudiavit, at-
que generali consilio aduocato ita pronuntiavit:
Nos GIBERTVS de gente praetor Parmae, arbi-
ter inter commune Bononiae et commune Muti-
nae super Friniani disceptatione delecti, iuris so-
lemnitate seruata pronuntianus: Frinianum
homines, oppida, et loca, cum eorundem iurisdi-
ctione ad commune Mutinae pertinere, et sine ul-
tenda; praecipimusque eidem communi Bonon-
iae, ut ea intra mensis spatium libere dimissa
babeat, alioquin multam in compromisso expref-
sam persoluat. Qui has tricas Italas considerat,
quo animo pacti sint Bononienses et iurati, fa-
cile intelliget: neque minus in hoc exemplo,
quid de arbitris multi sentiant, animaduertet.

Cuius tamen argumenti alia est
inspectio.

F I N I S.

CON-

* * *

C O N S P E C T U S
E O R V M ,
Q V A E C O N T I N E N T V R
I N P R I M O T R A C T A T V
D E
N E V T R A L I T A T E .

- §. Neutralitas describitur eiusque deriuatio ostenditur. p. 1.
- §. 2. Dupli potissimum ratione fieri potest, ut ea existat, et quidem primo ipso iure et facto p. 3.
- §. 3. Deinde pacto vel foedere inito partis neutrius conditio contrahitur. p. 4.
- §. 4. Vtrum bello certantibus populis nonnullis, alii populo vel principi praesertim finitimo, neutras sequi partes atque otiosum veluti ac tranquillum belli inter alios gerendi spectatorem agere liceat disquiritur? p. 5.
- §. 5. Afferitur, neque ullam legem Dei naturalem dari, quae genus humanum absolute et indistincte ad arma cum aliis socianda obstringat? p. 6.
- §. 6. Aliam rem esse, si summus aliquis princeps, foedere inito terras alterius principis tuendas atque iniurias propulsandas in se receperit, defenditur. p. 8.
- §. 7. Kursus aliter sentiendum de principe, aut populo, alterius imperantis supremae potestati subiecto. p. 9.
- §. 8. De vasallo, qui non subditus, an in bello domini directi sequi partes integrum ei sit, dispicitur. p. 10.
- §. 9.



- §. 9. Applicatio inde ad status imperii R. G. sumitur. p. 12.
- §. 10. Quid per bellum imperii intelligendum. *ib.*
- §. 11. Ad bellum imperii legitime decretum singuli status imperii concurrere debent. p. 13.
- §. 12. Neutralitas statuum I. R. G. enucleatur. p. 16.
- §. 13. Illam quodammodo legibus imperii improbari monstratur. p. 10.
- §. 14. Status imperii membra esse vnius corporis asseritur. p. 20.
- §. 15. Eorum obligatio inculcatur. p. 24.
- §. 16. Sententiae recensentur, quae neutralitati statuum imperii obmouentur. p. 25.
- §. 17. Quaestio deciditur, nimirum an status imperii, si bellum imperii sine suo suffragio atque consensu decretum, ipse arma cum imperatore ac ceteris imp. ordinibus sociare nihilominus teneatur? p. 27.
- §. 18. Alia mouetur, si causa belli, de quo quaeritur, imperium haud stringat; eo quod tale nec membra imperii stringere videatur? p. 28.
- §. 19. Num status imperii ob propriam salutem atque conseruationis necessitatem a bello imperii abstinere possit? p. 30.
- §. 20. Quaestio mouetur, quid faciendum cum iis statibus, qui ob regiones hostilibus inuasionibus et oppressionibus exhaustas, oneribus imperii sustinendis atque opere imperio ferendae impares sint? p. 32.

SYL





SYLLABVS OBSERVATIONVM
DE
QVIETE IN TVRBIS.

Inter bella et discordias aliorum quietere nunquam fere desuisse, qui
cupide expetiissent, monstratur. p. 35.
Vilitas neutralitatis ostenditur. p. 37.
Miscenda tamen interdum bella esse creditur. p. 38.
Nisi quod tum quoque quiescere sua quosdam infirmitas iubeat. p. 39.
Qui tam bonis ac necessariis consilii ducti, societatem bellicam de-
clinant, an iure cogi possint, vt partibus accedant, queritur? p. 41.
Inuisos fere esse bellantibus medios, tamquam vel ignavos vel callidos
doceunt. p. 42.
Argumenta quietem dissuadentia adducuntur. *ib.*
Num quis ad quietem secundum ius gentium cogi possit, queritur? p. 45.
Callidae quietis et in turbas erupturae specimen enarratur in Philippi
Macedoniae regis consilii bello Punico secundo. p. 51.
De transitu permitendo quaestiones mouentur. p. 57.
Quid de negotiorum et commerciorum iure statuendum pacatis me-
diisque ciuitatibus inter partes bellantes libero disquititur. p. 59.
Non fas esse in mediorum pacatis locis suas offensas exequi ostendit. p. 65.
Ius infestandi hostis in iusta etiam militia restringi, et limitibus quibusdam
includi per imperium et dominium loci pacati asseritur. p. 69.
Quid licet in solo pacatorum sive in solum pacatum queritur? p. 72.
An hostis quidem nostri, sed pacatas vi alterius pactionis atque exce-
ptas bello regiones, inuadere et occupare licet? p. 74.
Num si de pacato populo aliqui intra praesidia hostium sint ante bellum
eo profecti, tum post modicum tempus, intra quod discedere po-
tuerint, iure gentium pro hostibus eos haberi possint. p. 76.
Quid de rebus eiusdem generis apud hostes sentiendum. *ib.*
Motiu quae aliquem ad neutrii partis fluidam alicere posuunt. p. 79.
Quid licet in medios, qui vel vacuum studio partium animum ostendunt
per occultas tamen molitiones alterutri aut virte aduersa struunt etc.
Illis qui medii sunt, praecipue id datum negotii creditur, vt discordan-
tes ad pacem et consensionem temperare summa ope studeant. p. 80.
Ut arbitratores aut arbitri compromissarii addiscantur medii populi
principesque superiore saeculo nondum delitum, magis magisque
in desuetudinem abire videtur. p. 81.



Jena, Diss., 1734-35

ULB Halle

005 360 781

3



B.I.G.

Black
3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

Kommunik. Nr. 19357
Bra. 3. mym. 13.
247

20

DILVCIDATIONES
IVRIS PVBLICI
DE
NEVTRALITATE
PROVTI ILLA
INTER GENTES LIBERAS
ATQVE INPRIMIS
INTER ORDINES S. R. IMP.
VSITATA EST
VNACVM PRAEFATIONE
DE EIVSDEM COMMODIS
ATQVE INCOMMODIS.



IENAE
APVD IOH. CHRISTOPH. CROEKERV.M.

1747.

KIENFELD
UNIVERS.
ZVHALTE

